R 4II A-15178

Basle Roman
1544




EX LIBRIS
JOHN PETERS

1951

# EPIGRAM MATA GRÆCA VE TERVM ELEGANTISSIMA, EADEM'QVE

Latina ab utriuſq; linguæ uiris doctiſſimis uerſa, atq; in rem
ſtudioſorum è diuerſis autoribus per Ioannem
Soterem collecta.

ΑΝΑΓΝΩΣΤΗ͵ ΤΑ
ἐπιγράμματα.

Τοῦθ᾽ ἕξεις᾽ ἐσμὲν καὶ παῦρ᾽ ἐπιγράμματα, πικρὰ
ἄμμιν ὅμως ἢ κέντρ᾽, ἠτ᾽ οὐ χάρις ἕσπεται τύτθα.

EPIG. AD LECT.

Parua licet ſimus pauca ac epigrammata, amari
Nos tamen aut ſtimuli, ſequitur ſeu gratia magna.

FRIBVRGI BRISGOIÆ
*Stephanus Melechus Grauius excu debat An. M.D.XLIIII.*

153493254

# IOAN. SOTER LECTORI S. D.

CVM forte fortuna nuper in Epigrammatum Græcorum opus incidiſſem, ueriſſimum mihi Horatianum hoc uiſum eſt, Graiis ingeniũ, Graiis dedit ore rotundo, muſa loqui. Tanta enim in eo eruditionis eſt uarietas, tantũ artificium, ut muſas, uniuerſas ſuas dotes certatim eò contuliſſe ueriſſimè dixeris. Eſt enim præter dictionis munditiem mira argumenti feſtiuitas eruditio'que, dum hoc hiſtoriã, hoc fabulam, hoc apologum, hoc prouerbium, hoc ſententiam aliquam præclaram, hoc encomium (ut ſunt ſepulchralia ferè) hoc lœdorium, acrioremq́; ſtimulum tractat fœliciſſimè, idq́; breuitate inſigni, puta diſticho (cuius & uenuſtas epigrammatis celebratur) aut non multo plus aucto, epigrammate. Nec minorem gratiam habent Latina: ſiquidem tam fœliciter plerunq; Græcis Latini certauere interpretes, ut habeant dubiam faciẽtia carmina palmam. Cuius rei ut ſtudioſis ſpecimen aliquod præberem, collegi quæ ſparſim apud Latinos trãslata reperi epigrãmata: ſed & ſi quid uidebatur alluſum, aut idem argumentum tractatum. Quare ne te pudeat lector hiſce tanquam nugis ſucciſiuas impartiri horulas, quæ à uiris ſunt grauiſſimis ſcripta,

translata, atq; ſubinde tractata. Nos, quantũ noſtra potuit infirmitas, operam dedimus ut quàm emendatiſſimè prodirent: locis non paucis animaduerſis, reſtitutisq; ſuis autoribus, quæ non parum multa deprehendimus, uel inſcripta falſò, aut incerto autore: atq; ita accidit, ut cũ quædam eſſent ἀνεπίγραφα, non raro in unum duo ſint coalita, id ſicubi inciderit, commonefaciemus: ea in re non noſtro, ſed grauium autorum iudicio freti. Vale Coloniæ ex officina noſtra chalcographa, AN. M. D. XXV.



# TYPOGRAPHVS LECTORI S. D.

*QVVM Epigrammatum Græcorum ſimul ac Latinorum libellum ex doctiſſimorum uirorum monumentis à Ioanne Sotere typographo eruditiſſimo collectum, iam annis aliquot deſyderari uiderem, mearum partium eſſe duxi periculum tandem facere, num ipſe utriuſq; linguæ ſtudioſis iuuenibus hac in re prodeſſe poſſem. Ratus itaq; hunc laborem non infrugiferum fore, ſi caſtigatiora epigrammata in ſtudioſorum manus uenirent, ſtatui ex emendatiorum codicum collatione diligenter à mendis repurgatum opus, locupletiusq; non paucis ex Græco exemplari epigrammatis adiunctis è noſtra officina in publicum emittere. In quo recognoſcendo hoc unum nobis ſtudium fuit, ut quàm emendatiſſimè legeretur: id quod noſtra opera effectum eſſe, is demum intelliget, qui hanc cum prioribus editionem contulerit. Vale. Friburgi Briſgoiæ Anno M. D. XLIIII. Calendis Februarij.*

ΤΜΗΜΑΤΟΣ.


| | |
|---|---|
| Εἰς ἀγῶνας Pag. 7 | Μητρυιάν |
| Ἄμπελον 8 | Μυστήριον 115 |
| Ἀναπήρους 9 | Ναοὺς Ναυάγιον 116 |
| Ἀνδρείους 12 | Νῆας |
| Ἀνταπόδοσιν 15 | Οἶνον 118 Ὄρνις 121 |
| Ἀπελήν 17 Ἀρετήν 23 | Παραμυθίαν 123 |
| Αὐτάρκειαν 25 | Πλουσίους |
| Βίον ἀνθρώπινον 29 | Ποιητὰς 127 |
| Γάμον 43 Γῆρας 46 | Πόλεις 134 Πονηροὺς 135 |
| Γραμματικοὺς 49 | Πόρνας 136 |
| Δίκην 52 | Πτωχοὺς |
| Δυσπραγίαν 54 | Σιωπὴν 137 Σοφίαν 138 |
| Ἐπαίνους 56 Ἔρωτα | Σύγκρισιν 139 |
| Εὐσέβειαν 87 | Σωφροσύνην |
| Εὐτυχίαν 88 | Τύχην 140 |
| Εὐχαρίστους 89 | Ὑπεροψίαν 144 |
| Εὐχήν 90 Ζῶα | Φθόνον 145 |
| Ζωὴν 93 Θάνατον | Φιλαργύρους 148 |
| Θεοὺς 96 Ἰατροὺς 100 | Φιλίαν 149 |
| Ἰχθύας 104 | Φιλοσόφους 150 |
| Κόλακας 106 | Φιλοστοργίαν 154 |
| Κριτὰς 110 | Φρόνησιν 161 |
| Λογογραφίας 111 | Φροντίδας |
| Μαθήματα 112 | Χρόνον 162 |
| Μετριότητα | Ὥρας. |




ΑΓΩΝΑΣ.

Ἀρχίου

Τέσσαρές εἰσιν ἀγῶνες ἀν' Ἑλλάδα, τέσσαρες ἱροί,
οἱ δύο μὲν θνητῶν, οἱ δύο δ' ἀθανάτων.
Ζηνός, Λητοΐδαο, Παλαίμονος, Ἀρχεμόροιο.
ἆθλα δὲ τῶν, κότινος, μῆλα, σέλινα, πίτυς.

RAPH. VOLATER.

Græcia concelebrat duo bis certamina ſacra,
Quorũ hominum duo ſunt, cætera cœlicolum,
Sacra Iouis, Phœbiq;, Palæmonis, Archemoriq;,
Dona oleaſter erunt, mala, ſelina, pinus.

IO. BAP. PIVS.

Quattuor inſignis certamina conficit Hellas.
Sunt duo quippe hominũ, ſunt ſuperũq; duo,
Archemori, Iouis & Phœbi, atq; Palæmonis, ipſa
Pinus, oliuaſter præmia, poma, apium.

ALCIATVS.

Sacra per Argiuas certamina quattuor urbeis
Sunt, duo facta uiris, & duo cœlitibus.
Vt Iouis, & Phœbi, Melicertæq;, Archimoriq;.
Præmia ſunt pinus, poma, apium, atq; oleæ.

POLITIANVS.

Ζηνὸς ὀλύμπια νικῶντες φέρον ἀγριέλαιαν,
μῆλα δ' Ἀπόλλωνος Πυθικὸς ἦρεν ἀγών.
Ἰσθμιακὴν ἢ πίτυν πόρεν Ἰνῶος Μελικέρτας.
σὺ δὲ σέλιν' ἐτίθεσ' Ἀρχέμορ' ἐν Νεμέᾳ.

Εἰς Ἡρακλῆν καὶ Ἀνταῖον.

Διοτίμου.

Τὰν ἥβαν ἐς ἄεθλα πάλας ἤσκησε κραταιᾶς
ἅδε Ποσειδῶνος, καὶ Διὸς ἁ γενεά.
κεῖται δὲ σφὶν ἀγὼν οὐ χαλκέου ἀντὶ λέβητος,
ἀλλ' ὅστις ζωὰν οἴσεται, ἢ θάνατον.
Ἀνταίου τὸ πτῶμα. πρέπει δ' Ἡρακλέα νικᾶν
τὸν Διός. Ἀργείων ἁ πάλα, οὐ Λιβύων.

POLITIANVS.

Incaluere animis dura certare palæſtra
Neptuni quondam filius atq; Iouis.
Nec certamen erant operoſo ex ære lebetes,
Sed quod uel uitam, uel ferat interitum.
Occidit Antæus, Ioue natum uincere fas eſt,
Eſtq; magiſtra Pales Græcia, non Libya.

Σιμωνίδου.

Ἴσθμια, καὶ Πυθοῖ, Διοφῶν ὁ Φίλωνος ἐνίκα,
ἅλμα. ποδωκείην. δίσκον. ἄκοντα. πάλην.

ALCIATVS.

Iſthmia Philonis, Diophon, & Pythia uicit,
Et curſu, & iaculo, & ſaltibus, orbe, pale.

ΕΙΣ ΑΜΠΕΛΟΝ.

Φιλίππου.

Τίς σε πάγος δυσέρημος, ἀνήλιος ἐξέθρεψεν,
ἢ Βορέου σκυθίης, ἄμπελον ἀγριάδα,
ἢ Κελτῶν νιφοβλῆτες ἀεὶ κρυμώδεες Ἄλπεις,
ἢ τε σιδηροτόκου βῶλος Ἰβηριάδος;

ἢ τοὺς



ἢ τοὺς ὀμφακοράγας ἐγείναο τοὺς ἀπεπάντους
βότρυας, οἳ στυφελὴν ἐξέχεον σταγόνα.
Δίζημαι Λυκοῦργε τεὰς χέρας, ὡς ἀπὸ ῥίζης
κλήματος ὠμοτόκου βλαστὸν ὅλον θερίσῃς.

IO. BAP. PIVS.

Agreſtem quis te uitem ſiue inhoſpita Phœbo
Saxa aluere? Scythas propter Hyperboreos.
Celtarum gelidæ'ne alpes, tumuliq; niuales?
An tellus ferri mater Ibera trucis?
Immatura acinis, triſti fœcunda racemo,
Nil niſi duritiem', nil niſi uirus habes.
Quæro Lycurge tuas falces, radicitus omnis
Turpis ut ancipiti pampinus ære cadat.

ΕΙΣ ΑΝΑΠΗΡΟΥΣ.

Φιλίππου. οἱ δὲ, Ἰσιδώρου.

Πηρός, ὁ μὲν γυίοις, ὁ δ' ἄρ' ὄμμασιν. ἀμφότεροι δὲ,
εἰς αὐτοὺς τὸ τύχης ἐνδεὲς ἠράνισαν.
τυφλὸς γὰρ λιπόγυιον ἐπωμάδιον βάρος αἴρων,
ταῖς κείνου φωναῖς ἀτραπὸν ὀρθοβατεῖ.
πάντα δὲ ταῦτ' ἐδίδαξε πικρὴ πάντολμος ἀνάγκη,
ἀλλήλοις μερίσαι τοὐλλιπὲς εἰς ἔλεον.

Λεωνίδου.

Τυφλὸς ἀλητεύων χωλὸν πόδας ἠερτάζεν,
ὄμμασιν ἀλλοτρίοις ἀντερανιζόμενος.
ἄμφω δ' ἡμιτελεῖς πρὸς ἑνὸς φύσιν ἡρμόσθησαν,
τοὐλλιπὲς ἀλλήλοις ἀντιπαρασχόμενοι.

Πλάτωνος νεωτέρου.

Ἀνέρα τις λιπόγυιον ὑπὲρ νώτοιο λιπαυγὴς
ἦγε, πόδας χρήσας, ὄμματα χρησάμενος.

Ἀντιφίλου.

Ἄμφω μὲν πηροί, καὶ ἀλήμονες. ἀλλ' ὁ μὲν, ὄψεις,
ὃς δὲ, βάσεις. ἄλλου δ' ἄλλος ὑπηρεσίη.
τυφλὸς γὰρ χωλοῖο κατωμάδιον βάρος ἄρας,
ἀτραπὸν ὀθνείοις ὄμμασιν ἀκροβατεῖ.
ἡ μία δ' ἀμφοτέροις ἤρκει φύσις. ἐν γὰρ ἑκάστῳ
τοὐλλιπὲς, ἀλλήλοις εἰς ὅλον ἠράνισαν.

AVSONIVS.

Inſidens cæco graditur pede claudus utroq;,
Quo caret alteruter ſumit ab alterutro.
Cæcus nanq; pedes claudo, greſſumq; miniſtrat,
At claudus cæco lumina pro pedibus.

IDEM.

Ambulat inſidens cæco pede captus utroq;,
Atq; alterna ſubit munia debilitas.
Nam cæcus claudo pede commodat, ille uiciſſim,
Mutua dat cæco lumina pro pedibus.

POLITIANVS.

Τυφλὸς ἄπους τ' ἤτην ἀλλήλοισιν θεράποντες,
τυφλὸς ὁδηγεῖτο, νωτοφορεῖτο δ' ἄπους.

MORVS.

Claudipedem geſtat cæcis uicinus ocellis,
Conducitq; oculos arte, locatq; pedes.

IDEM.

Cæcus claudipedem geſtat, prudenter uterq;

Rem



Rem gerit, atq; oculos hic locat, ille pedes.

IDEM.

Cæcus fert claudum, atq; opera conducit eadem,
Iſtius ille oculos, illius iſte pedes.

IDEM.

Claudū cæcus onus graue, ſed tamen utile uectat,
Proſpicit atq; oculis, huic regit ille pedes.

IDEM.

Triſtis erat nimium miſeris fortuna duobus,
Huic oculos, illi dempſit iniqua pedes.
Sors illos copulat ſimilis, claudum uehit alter,
Sic ſua communi damna leuant opera,
Hic pedibus quouis alienis ambulat, itur
Huic recta alterius ſemita luminibus.

IDEM.

Vtilius nihil eſſe poteſt, quàm fidus amicus,
Qui tua damna ſuo leniat officio.
Fœdera contraxêre ſimul mendicus uterq;
Cum claudo ſolidæ cæcus amicitiæ.
Claudo cæcus ait, collo geſtabere noſtro,
Retulit hic, oculis cæce regêre meis.
Alta ſuperborum fugitat penetralia regum,
Inq; caſa concors paupere regnat amor.

IDEM.

Cum claudo cæcus ſic lege paciſcitur æqua, ut
Hic ferat illum humeris, hunc regat ille oculis.

Εἰς ἡμίξηρον αἰτήσαντα Ἀδριανῷ
τῷ βασιλεῖ τροφήν.

Ἡμισύ μου τέθνηκε, τὸ δ' ἥμισυ λιμὸς ἐλέγχει.

σῶ

σῶσόν μου βασιλεῦ, μουσικὸν ἡμίτονον.

Ἀπόκρισις τοῦ βασιλέως.

Ἀμφοτέρους ἀδικεῖς, καὶ Πλούτεα, καὶ Φαέθοντα,
τὸν μὲν, ἔτ' εἰσορόων, τοῦδ' ἀπολειπόμενος,

¶Huic rurſum reſpondet in hũc modum

POLITIANVS.

Οὐδετέρους ἀδικῶ, τὸ γὰρ ἄπνοον οὐκ ἔτι λεύσσει
ἥλιον, ἔμπνου γ' αὖ πλούτει οὐδὲ μέλει.

IOAN. SOTER.

Mortuus heu medius, mediũq; fames necat ipſa,
Semitonũ aſſere rex me inclyte muſicũ age.

Reſponſio Adriani regis.

Phœbũ, quòd uideas, laceras male, ſic quoq; Ditẽ,
Stamina quòd uitæ haud ruperit ipſe tuæ.

Reſponſio Muſici.

Ditem non lacero, rutilum nec lumine Phœbum,
Extinctum haud uidet hic, uiua nec ille capit.

ΕΙΣ ΑΝΔΡΕΙΑΝ ΚΑΙ ΑΝΔΡΕΙΟΥΣ.

Εἰς λάκαιναν. Ἄδηλον.

Γυμνὸν ἰδοῦσα λάκαινα παλίντροπον ἐκ πολέμοιο
παῖδ' ἑὸν ἐς πάτραν ὠκὺν ἱέντα πόδα,
Ἀντίη ἀΐξασα, δι' ἥπατος ἤλασε λόγχην,
ἄρρενα ῥηξαμένη φθόγγον ἐπὶ κταμένῳ.
ἀλλότριον σπάρτας εἶπεν γένος. ἔρρε ποθ' ἅδαν,
ἔρρ', ἐπεὶ ἐψεύσω πατρίδα, καὶ γενέταν.

MORVS.

In patriam amiſſis celeri pede dum redit armis,

Con



Conſpiciens gnatum ſæua Lacæna ſuum.
Obuia ſublata corpus tranſuerberat haſta,
Hæc ſuper occiſum maſcula uerba loquens:
Degener ô Spartes genus, ito in tartara tandem,
Ito, degeneras, & patria, & genere.

LILIVS.

Quum nudum è bello gnatum remeare Lacæna
Vidit, & in patrios accelerare lares,
Inſultans contra, pectus traiecerat haſta,
Horrida in extinctum uoce uirago furens.
Spartanam quando es patriam mentitus , auoſq;
Ad manes tandem degener, inquit, abi.

C. VRS. VELIVS.

In patriam amiſſis refugum uelociter armis
Vt uidit natum fortè Lacæna ſuum.
Obuia tranſadigens librato uiſcera ferro,
Arguit horrenda hac uoce uel exanimem:
Degener ô Spartes ſoboles, hinc te aufer ad um(bras,
Aufer, nec patre hoc edite, nec patria.

MARVLLVS.

Mater Lacæna conſpicata filium,
Relicta inermem parmula,
Progreſſa contra, traijcit ferro latus,
Super necatum his increpans:
Abi hinc, morere, non digna me proles, abi
Mentite patriã & genus.

POLITIANVS.

Ἐκπροφύγοντα μάχας τὸν ἑὸν παῖδ' ὡς ἐνόησεν
σπαρτιάτις μάτηρ, φασγάνῳ ἀντίασεν,

καὶ τὸ

καὶ κτάνε τὸν δύστανον, ὃν ἔτρεφεν, ὃν τέκεν αὐτά,
  ταῦτα δ' ἐπερθόμεεν λόξ' ἐπιδερκόμενα.
ἢ τοῖον σ' ἐδόκευν, οὐκ ἂν τέκον. ἔῤῥε λακαίνας
  ὢς παῖς, οὐκ ἐθέλων ὡς λακεδαιμόνιος.

Τίνας ἂν ἔκτωρ τιτρωσκόμενος ὑπὸ ἑλλήνων.
Βάλλετε νῦν μετὰ πότμον ἐμὸν δέμας, ὅττι καὶ αὐτοὶ
νεκροῦ σῶμα λέοντος ἐφυβρίζουσι λαγωοί.

MORVS.

Proijcitote meum Danai poſt fata cadauer,
Nam metuunt lepores defuncti membra leonis.

Εἰς Ῥώμην  Κρινάγορου.

Οὐδ' ἢν ὠκεανὸς πᾶσαν πλημμῦραν ἐγείρῃ,
  οὐδ' ἢν Γερμανίη ῥῆνον ἅπαντα πίῃ,
ῥώμης οὐδ' ὅσσον βλάψει σθένος, ἄχρι κε μίμνῃ
  δεξιὰ σημαίνουσα καίσαρι θαρσαλέῃ.
οὕτω καὶ ἱεραὶ Ζηνὸς δρύες ἔμπεδα ῥίζαις
  ἑστᾶσιν. φύλλων δ' αὖα χέουσ' ἄνεμοι.

IOAN. SLEIDANVS.

Oceanus moueat licet omneis undiq; fluctus,
  Et potet Rhenum Theutona terra ſuum,
Non cadet imperium Romæ, quo tēpore Cæſar
  Præerit, ac ſolus publica facta reget.
Sacra Ioui quercus nam ſic radicibus hæret,
  Et tamen aridulas huic rapit aura comas.

¶ Operæpretium nos facturos ſperamus ſi huc adſcripſerimus Vrbis Romæ querelā, quā ſic luſit uere generoſus ille

HERM



HERM. A' NOVA AQVILA. CO.

En ego quæ rerū quondam pulcherrima Roma,
  Scilicet & terror & caput orbis eram,
Expugnata meo nunc ſeruio turpiter hoſti,
  Cogor & inuiſo ſubdere colla iugo.
Parcite caudarum probro me affligere Pœni,
  Heu non ſum tales nunc habitura uices.
O' me felicem ſi Punica ſecla redirent,
  Vt uideam ſtrages ò Thraſimene tuas,
Hannibalē'ue trucē, aut magni ſtratagemata Pyr-
  Aut preſſum noſtris uiribus Antiochū. (rhi,
O' me fœlicem ſi gens inuiſa Gothorum,
  In noſtrum reparet bella cruenta caput.
Non ego te metuam fortiſſime Tottila, quamuis
  Diruta ſint iuſſu mœnia noſtra tuo.
Nec me perculerint Theodrici caſtra ſuperbi,
  Non uæſani Athilæ ſanguinolenta manus.
Non qui ſuſpenſis olim ad mea mœnia ſignis
  Odoacer, de me prima trophæa tulit.
Tot concuſſa malis uireſq; decuſq; reſumpſi,
  Et rediјt nomen, quod fuit ante mihi.
Sed modo quæ miſeræ reſtabat ſumma malorū,
  Vltima cum imperio ſpes quoq; noſtra perit.

ΕΙΣ ΑΝΤΑΠΟΔΟΣΙΝ.  Εὐήνου.

Κἤν με φάγῃς ἐπὶ ῥίζαν, ὅμως ἔτι καρποφορήσω,
  ὅσσον ἐπισπεῖσαί σοι τράγε θυομένῳ.

OVIDIVS.

Rode caper uitem, tamen hinc cum ſtabis ad aras,
  In tua quod ſpargi cornua poſſit erit.

Detor

¶Detortũ eſt olim diſtichõ hoc in Domitianũ, ob propoſitũ de excidẽdis uineis edictũ, cuius (autore Suetonio) ut gratiã faceret, nõ alia re cõpulſus creditur, quàm quòd ſparſi libelli cũ his uerſibus erãt,

Κἢν με φάγῃς ἐπὶ ῥίζαν ὅμως ἔτι καρποφορήσω,
ὅσσον ἐπισπεῖσαι καίσαρι θυομένῳ.

Λεωνίδου Ταραντίνου.

Ἴξαλος εὐπώγων αἰγὸς πόσις ἔν ποτ' ἀλωῇ,
οἴνης τοὺς ἁπαλοὺς πάντας ἔδαψε κλάδους.
Τῷ δ' ἔπος ἐκ γαίης τόσον ἄπυε, τεῖρε κάκιστε
γναθμοῖς ἡμέτερον κλῆμα τὸ καρποφόρον.
ῥίζα γὰρ ἔμπεδος οὖσα, πάλι γλυκὺ νέκταρ ἀνήσει,
ὅσσον ἐπισπεῖσαί σοι τράγε θυομένῳ.

IOAN. SOTER.

Barbatus caper alta petens cum erraret in agro,
Decerpſit teneræ brachia uitis ouans.
Talibus affata eſt quem uitis: Peſſime, rode
Fœcunda uſq; tuis germina noſtra labris.
Hæc feret ipſa tamen radix mox robore fulta, ut
Sufficiant aris, uictima, uina tuis.

¶Eſt ſuper hac re apologus in trimetris

ΓΑΒΡΙΟΥ.

Τράγῳ προσεῖπεν ἄμπελος, βλάπτεις σύ με
κείρων τὰ φύλλα, μὴ γὰρ οὐκ ἔστι χλόη;
ὅσον γὰρ ἂν βλάψῃς, εὑρήσω τάχα
πρὸς θυσίαν σήν, εἰς θεοὺς οἶνον βλύσαι.





IOAN. IORDANVS.

Dicebat hirco tenera uitis, mihi noces
Rodens folia. Non'ne herba paſcuæ eſt tibi?
Quantumq; lædas, uina fundam aris breui
Cæderis in quibus Deorum uictima.

ΕΙΣ ΑΠΕΙΛΗΝ

Ἄδηλον.

Ὁ Ζεὺς πρὸς τὸν ἔρωτα, βέλη τὰ σὰ πάντ' ἀφελοῦμαι.
Χὡ πτανός, βρόντα, καὶ πάλι κύκνος ἔσῃ.

Huc alluſiſſe uidetur hoc epig.

IACOB. SANNAZARIVS.

De Veneris nato queſta eſt Dictynna tonanti,
Quòd nimis ille puer promptus ad arma foret.
Tunc pater accito oſtendens graue fulmen Amori,
Hoc tibi ſæue puer ſpicula franget, ait.
Cui laſciuus Amor motis hæc reddidit alis,
Quid ſi iterum poſito fulmine cygnus eris?

Μουσικίου. οἱ δὲ, Πλάτωνος.

Platoni tribuit & Diog. Laertius.

Ἁ Κύπρις μούσαισι, κοράσια τὰν ἀφροδίταν
τιμᾶτ', ἢ τὸν ἔρον ὔμμιν ἐφοπλίσομαι.
Χαἰ μοῦσαι ποτὶ Κύπριν, ἄρει τὰ στωμύλα ταῦτα
ἡμῖν δ' οὐ πέταται τοῦτο τὸ παιδάριον.

BENTINVS.

Hæc Venus ad Muſas. Venerẽ exhorreſcite nymphę,
In uos armatus aut Amor inſiliet.
Cui contra Muſæ: lepida hæc ioca tolle precamur,
Aliger huc ad nos non uolat ille puer.

¶Huius epigrammatis argumentum feſtiuiſſimè in

Cupidine ſuo tractauit Lucianus, quem ſic lati nitati donauit

GEORG. ANONYMVS.

Fortè ſub aerio, uitreas Heliconis ad undas,
Pieridum celebris monte chorea fuit
Cum Venus aligerum mater complexa puellum
Non procul audita eſt talia uerba queri:
Dic age qui fiat dulciſſime nate Cupido VENVS
Omnes cum timeant numinis arma tui,
Humanumq; genus, manes Erebiq; profundi,
Sollicitent ſuperos & ſimul illa deos,
Sola tamen doctis quæ præſidet artibus, omne
Effugit imperium, caſta Minerua tuum?
Si meminiſſe potes, moderator Iuppiter orbis
Ipſe tuas ſenſit captus amore faces.
Senſit & æquoreis Neptunus uictus in undis,
Iunoq; furtiuo ſæpe reperta toro.
Vt taceam reliquos, & tu quoq; nate parentem
Iura pudicitiæ me uiolare iubes.
An igitur ſolam quo Pallada uincere poſſis
Extinctus nullam uim[illegible] ignis habet?
Deſine diua parēs mirari, & quærere cauſas CVP.
Hanc mea quod nequeant tela ferire deam.
Cumq; poteſtati ſint omnia ſubdita noſtræ,
Sola meas ſpernat cur tamen illa faces.
Hanc equidem ualde metuo cum lumine tantum
Aſpicit, aut uultu me truculenta notat.
Aſſumptis illam uerò quandoq; ſagittis
Aggreſſus temere nocte ſilente fui.
Cælauiq; meum perplexis artibus ignem,

Succeſſu



Succeſſu ueritus poſſe carere dolos.
Nemo ſed occultum quantumuis cælat amorem,
Ipſe ego ſum ſemper proditus igne meo.
Inſidias igitur noſtras ubi ſenſit apertè,
Protinus hac tanquam pulſus ab hoſte fui.
Nam galeam quoties, haſtam uibratq; trementem,
Non leuis illa mihi cauſſa pauoris adeſt.
Siſte puer tales oro proferre querelas, VEN.
Hosq; tuo uanos excute corde metus,
Marte quid aſperius fuit, aut quid durius olim,
Succubuit regnis trux tamen ille tuis.
Qui prius indomitus tibi bella necemq; parauit,
Sæpe dedit uinctas in tua uincla manus.
At Mars ille Venus nobis ſe dedidit ultro, CVP.
Nec quicquam noſtrum ferre grauatur onus.
Improba ſed quoties Pallas me conſpicit illa,
Dĳ quas commoto non iacit ore minas?
Quam gerit horrendam magna ui corripit haſtam,
Taliaq; infando dicta dolore refert:
Ne mihi tela puer, mihi ne puer arma mineris,
Erras, haudquaquam nos tua turba ſumus.
Si temere accedes, nec me ſinis eſſe quietam,
Crede mihi, puero ſat tibi fortis ero.
Aut ego præcipitem te nunc ad tartara mittam,
Aut tibi perfodiet lancea noſtra latus.
Hoc pater ipſe mihi cuius ſum uertice nata
Iuppiter, hoc diuûm rex mihi teſtis erit.
Hæc ſimul ut dicit, totus miſer ecce tremiſco,
Ex manibus ſtatim tela faceſq; cadunt.
Nec ſcio quid faciam, lædendi nulla facultas

Aut uis turbato nulla relicta mihi eſt.
Lædere nec cupio, quin hoc miſer opto precor'que
Hinc ut ego ſolum ſaluus abire queam.
Præterea anguicomæ geſtat caput illa Meduſæ
Cuius ad aſpectum lumina noſtra pauent.
Hoc ubi prætendis, fugio ceu cerua leonem,
Aut fugit infeſtum territa dama lupum.
Et metuis diuam tu territus ægide tantũ? **VENVS**
Magnanimi curas cum Iouis arma nihil.
Hoc quoque contemnunt dic cur tua ſpicula Muſæ,
Et fugit imperium turba nouena tuum.
Num galeas uibrant etiam, aut haſtilia torquent,
Aut fera prætendunt Gorgonis ora tibi?
Aonides uultu ſunt o Cytheræa pudico, **CVPIDO.**
Vnice & iſtarum nomina ſacra colo.
Et quoniam ſemper ſtudijs retinentur honeſtis,
Iuris in hos plane nil meus ignis habet.
Inuigilant cantu, molles ducuntq; choreas,
Luxuria ſed quæ deſidijs'q; uacant.
Quin ego nonnunquam uocis dulcedine captus,
His iungo ſocium me comitemq; Deis.
Eſto, quòd Aonides uultu ſint natę pudico **VENVS.**
Vnice & iſtarum numina ſacra colas:
Ipſa tuis autem cur non eſt fixa ſagittis,
Caſtaq; perpetuo uirgo Diana manet?
Hanc nunquã fateor mater deprẽdere poſſũ, **CVP.**
Conatus omnes effugit illa meos.
Improba perpetuò dea montibus errat in altis,
Oblectat caſtis ſeq; cupidinibus,
Venatrix etenim ſyluas ſaltusq; fatigat,





Et gelidis figit retia tenſa iugis.
Talia ſunt olim matri quæ dicta Cupido
Reſpondens tenero reddidit ore ſuæ.
At Venus ut ſperni tantum ſua numina ſenſit,
In patriam triſtis cœpit abire Paphum,
Nunc ubi cum nato caſtis neglecta deabus
Mœret, & Aonijs eſt inimica choris.
Ergo ſi quis erit ſtulto deceptus amore
Qui uacuum uitijs pectus habere uolet,
Optabit'q; graues uitare Cupidinis arcus,
Armigeram colat hic Pallada, tutus erit:
Concilietq; ſibi dulces ante omnia Muſas,
Ac fugiet monitis ocia cuncta meis.
Sic nullis unquam rebus, ſic tempore nullo
Iuris in hunc aliquid prorſus habebit Amor.

IOAN. FICKHARD.

Dic mihi chare puer, quod te rogo, iã tua dudũ **VEN.**
Læſerunt cunctos ſpicula miſſa deos.
Illa tulit Phœbus, Mars & Saturnia Iuno,
Aequoris illa deus, Aetheris illa deus,
Ipſa etiam mater quæ te genuiq; tuliq;
Sum quoties telis ſaucia facta tuis?
Nec quiſquam tua tela fugit, nec uulnera uitat,
Et tamen una tuo Pallas ab igne uacat,
Hãc age cur linquis? quid ab hac tuus abſtinet arcus?
Hic tibi cur (alias prompta pharetra) iacet?
Ne mihi ſuccenſe mater chariſſima, ſi non **CVPI.**
Siue meos arcus, ſeu tulit illa faces.
Illa uirago ſedet, uultu metuenda minaci,
Armis terribilis, terribilisq; minis.

Etſi ſi forte ad eam ueniens, mea ſpicula tendo,
Extemplo galeam concutit illa ſuam:
Et contrà inſiſtens, ſic territat, ut mihi ſæpe
Arcus de manibus excidat ipſe meis.
Territus hoc igitur pacto aufugio, atq; reuertor,
Et mihi ſtat nullis hæc ferienda modis.
Sic ais? & metuis gaudentem caſſide diuam? VEN.
Nec metuens Martem ſub tua regna trahis?
Et quem non potuit deuincere terrificus Mars,
Hunc uanis terret parua puella minis?
At, mihi crede, uenit, multo minus ille timẽdus, CV.
Quin ultro accerſit meq; measq; faces.
At Pallas noſtros ignes obſeruat & arcus,
Defigitq; oculos in mea tela ſuos.
Et quoties rapidis illam circumuolo flammis,
Intendiq; arcus aſpicit illa meos,
Tum mihi continuo uerbis irata minatur,
Atq; quid hoc, inquit, ſtulte Cupido facis?
Per ſummum tibi iuro patrem, ni protinus aufers
Teq; tuasq;, in me nil ualiture, faces,
Hac te transfodiam, (& ferratam concutit haſtam,
Et uelut in noſtrum ſtat ruitura latus)
Aut pede raptum, inquit, tenebroſa in tartara mittã,
Vt te nil arcus, nil tua tela iuuent.
Talibus illa mihi obſiſtit, timidumq; retentat,
Et toruo crebras occinit ore minas.
Adde, quòd in primis trepidus metuo fugioq;,
Illi, neſcio quæ pectora monſtra tegunt.
Vipera pro crine eſt, facies funeſta nocensq;:
Hei mihi, quis celerem non daret inde fugam?





Ergo Gorgoneos metuis refugisq; colubros? VE.
Qui metuis magni fulmina nulla Iouis.
At cur interea nunquam tua ſpicula Muſas
Figunt, non illis addita flamma nocet?
An quia & hæ galeas quaſſant, haſtasq; minantur,
Aut facie terrent, uipereaq; coma?
Has ego chara parẽs, cur quæſo figere uellẽ, CVP.
Ante omnes habeo quas in honore Deos?
Quas ueneror uereorq; ſimul, quas tẽpore nullo
Aſpicio ignauas ocia lenta ſequi.
Semper habẽt quod agunt, nec eorũ carmine quicq̃
Me, toto hoc cœlo plus retinere ſolet,
Ac quoties aſto, me noſtræ obliuia flammæ
Tentant, & manibus labitur illa meis.
Credo equidẽ, ſed blande puer, cur deniq; nunq̃ VE.
Dictynna eſt iaculis ſaucia facta tuis?
Difficile eſt mater, neq; em̃ hãc cõprẽdere poſſũ CVP.
Quæ nullo ceſſat certa tenaxq; loco.
Nam modo frondoſi, non nota cacumina ſaltus,
Nunc imas ualles irrequieta petit.
Præterea proprio quodam deflagrat amore.
An proprio? quem nam dic amat illa, puer? VEN.
Ceruorum catulos ſequitur, gaudetq; ſagittis CV.
Sternere tranſactos, hoc amat, hocq; facit.
Hæc eadem cum fratre illi, quo certior alter
Non figit. VEN. Noui, aſt fixus & ille tibi.

ΕΙΣ ΑΡΕΤΗΝ.

Αδήλου.

¶Laertius tribuit Athenæo Epigrammatum ſcriptori.

Ω στωϊκῶν μύθων εἰδήμονες, ὦ πανάριστα
 δόγματα ταῖς ἱεραῖς ἐνθέμενοι σελίσιν.
τὰν ἀρετὰν, ψυχᾶς ἀγαθὸν μόνον. ἅδε γὰρ ἀνδρῶν
 μούνα, καὶ βίοτον ῥύσατο, καὶ πόλιας.
σαρκὸς δ' ἡδυπάθημα φίλον τέλος, ἀνδράσιν ἄλλοις.
 ἡ μία τῶν μνήμης ἤνυσε θυγατέρων.

MICHAEL BENTINVS.

Stoicidæ ſpectata cohors, qui inſignia ſacris
 Mandatis melius dogmata ueſtra libris.
Vnam animi ſummum uirtutem culmen habere,
 Vrbes quòd ſeruet, ſola quòd ipſa homines.
Carnis at illecebras alijs, ſibi finis ut eſſet
 Vnica perfecit filia Mnemoſynês.

IDEM.

O Stoicæ gnari ſectæ, quàm inſignia ueſtra
 Dogmata, quæ ſacris ſcribitis in tabulis.
Eſſe bonum unam animi uirtutem, ſola tuetur
 Quòd ualidas urbes, quodq́; ea ſola homines.
Aſt alijs uitæ ſcopus eſſet ſpurca uoluptas
 Vna egit pulchrè filia Mnemoſynês.

INTER. LAER.

Stoicidæ menti ſolum æui fertis honeſtum,
 O quàm dogma bonum ueſtra tabella tenet,
Hoc etenim ſolum uita eſt ſeruata uirorum,
 Mœnia & hoſtili tuta fuere manu.
Meta uiris alijs dulcis fit paſſio carnis
 Vna uiris dixit filià Mnemoſynês.

Εἰς τὸ αὐτό.

Σοὶ χάριν ἐξετέλεσε πόνος, καὶ ἀθέσφατος ἱδρώς,





χῶρον ἔχειν πολυόλβον, ὃν οὐ πάρος ἔλλαχεν ἀνήρ.

BERGIVS.

Sudor & aſſidui præbent tibi tecta labores,
 Hæc nam quiſquis iners haud facile aſſequitur.

Ἐπὶ τῶν ψευδῆ δόξαν ἐχόντων.

Παλλαδᾶ.

Πολλοί τοι ναρθηκοφόροι, παῦροι δέ τε βάκχοι.

ERASMVS ROT.

Plures thyrſigeros, paucos eſt cernere Bacchos.

Huic affine eſt hoc:

Πολλοὶ θριοβόλοι, παῦροι δέ τε μάντιες ἄνδρες.

IDEM.

Plures thriobolos, paucos eſt cernere uates.

Et illud:

Πολλοὶ βουκένται, παῦροι δέ τε γῆς ἀροτῆρες.

IDEM.

Qui tauros ſtimulent multi, ſed rarus arator.

ΕΙΣ ΑΥΤΑΡΚΕΙΑΝ

Ἀλφειοῦ Μιτυληναίου.

Οὐ στέργω βαθυληΐους ἀρούρας,
οὐκ ὄλβον πολύχρυσον οἷα Γύγης.
αὐτάρκους ἔραμαι βίου Μακρῖνε.
τὸ μηδὲν ἄγαν, ἄγαν με τέρπει.

MORVS.

Agros ego haud porrectiores appeto,
Non auream aut Gygis beatitudinem.
Quæ ſit ſatis ſibi uita, ſat eadem eſt mihi.
Illud, Nihil nimis, nimis mihi placet.

¶Huc pertinet nobile hoc epigramma

MARTIALIS.

Vitam quæ faciunt beatiorem
Iucundiſſime Martialis hæc ſunt:
Res non parta labore, ſed relicta,
Non ingratus ager, focus perennis,
Lis nunquam, toga rara, mens quieta,
Vires ingenuæ, ſalubre corpus,
Prudens ſimplicitas, pares amici,
Conuictus facilis, ſine arte menſa,
Nox non ebria, ſed ſoluta curis,
Non triſtis thorus attamen pudicus,
Somnus qui faciat breues tenebras,
Quod ſis eſſe uelis, nihilq; malis,
Summum nec metuas diem, nec optes.

¶Id hunc in modum imitatus eſt libro
Amorum Tertio

CONRADVS CELTIS.

Scilicet his rebus uita eſt quærenda beata,
Corporis atq; animi non caruiſſe bonis.
Non egeat ſanum corpus cum pectore ſano,
Et rerum cauſas diſcere ſemper amet,
Excudatq; aliquid reſidens ſub pectore Phœbus,
Quod bona poſteritas laudet, honoret, amet.
Certa domus mihi ſit, mediocri & ſplendeat uſu,
Contegat & corpus patria lana meum.
Iucundus ueniat parilis tacitusq; ſodalis,
Qui uultum ſortis ferre utriusq; queat.
Hinc Cytheræa meo conſors ſit candida lecto,
Quæ ſit carminibus lima ſeuera meis.
Rite deos uenerer, nec mens mihi conſcia culpæ,





Et maneat uitæ candida fama meæ.
In ius nemo uocet, nec opus mihi iure proteruo,
Iudice me nemo ſic neq; teſte cadet.

Ἀδήλου.

Ἐλθὼν εἰς ἀΐδην ὅτε δὴ σοφὸν ἤνυσε γῆρας
Διογένης ὁ κύων, Κροῖσον ἰδὼν ἐγέλα.
καὶ στρώσας ὁ γέρων τὸ τριβώνιον ἐγγὺς ἐκείνου,
τοῦ πολὺν ἐκ ποταμοῦ χρυσὸν ἀφυσσαμένου,
εἶπεν, ἐμοὶ καὶ νῦν πλείων τόπος. ὅσσα γὰρ εἶχον,
πάντα φέρω σὺν ἐμοὶ Κροῖσε. σὺ δ' οὐδὲν ἔχεις.

AVSONIVS.

Effigiem rex Crœſe tuam ditiſſime regum
Vidit apud manes Diogenes Cynicus.
Conſtitit, utq; procul ſolito maiore cachinno
Concuſſus, dixit, quid tibi diuitiæ
Nunc proſunt regum rex o ditiſſime? cum ſis
Sicut ego ſolus, me quoq; pauperior.
Nam quæcunq; habui mecum fero, cum nihil ipſe
Ex tantis tecum Crœſe feras opibus.

Παλλαδᾶ.

Ἐλπίδος, οὐδὲ τύχης ἔτι μοι μέλει, οὐδ' ἀλεγίζω
λοιπὸν τῆς ἀπάτης ἤλυθον εἰς λιμένα.
εἰμὶ πένης ἄνθρωπος. ἐλευθερίῃ δὲ συνοικῶ,
ὑβριστὴν πενίης πλοῦτον ἀποστρέφομαι.

IOAN. SOT.

Non Spes, non fortuna mihi eſt, nil deniq; curæ,
Tutum à fraude locum nacta carina mea eſt,
Sum pauper fateor, libera at mihi contigit uxor,
Pauperibusq; graues ſperno ego diuitias.

Λουκιανοῦ.

Ὡς τεθνηξόμενος, τῶν σῶν ἀγαθῶν ἀπόλαυε.
ὡς δὲ βιοσόμενος. φείδεο σῶν κτεάνων.
ἔστι δ᾽ ἀνὴρ σοφὸς οὗτος, ὃς ἄμφω ταῦτα νοήσας,
φειδοῖ, καὶ δαπάνῃ μέτρον ἐφηρμόσατο.

¶Huius epigrammatis priores duos uerſus uertit Auſonius, apud quem Menandro adſcribitur.

Refruere ut natus mortalis, dilige ſed rem
Tanquam immortalis. Sors eſt in utroque uerenda.

G. LILIVS.

Diuitĳs utare tuis tanquam moriturus,
Tanquam uicturus denuo parce tuis.
Vir ſapiens eſt ille quidem, qui hæc ambo uolutans,
Parcit, quiq; modum ſumptibus applicuit.

MORVS.

Tanquam iam moriturus partis utere rebus,
Tanquam uicturus denuo parce tuis.
Ille ſapit, qui perpenſis his rite duobus,
Parcus erit certo munificusq; modo.

Ἄδηλον.

Σώματα πολλὰ τρέφειν, καὶ δώματα πολλ᾽ ἀνεγείρειν,
ἀτραπὸς εἰς πενίην ἐστὶν ἑτοιμοτάτη.

MORVS.

Multas ædificare domos, & paſcere multos,
Eſt ad pauperiem ſemita recta quidem.

G. LILIVS.

Corpora multa alere, & complures ponere ſedes,
Ipſa eſt ad ſummam ſemita pauperiem.





ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΝΘΡΩΠΙΝΟΝ ΒΙΟΝ.

Ἀρχίου.

Θρήϊκας αἰνείτω τις, ὅτι στοναχεῦσι μὲν υἷας
μητέρος ἐκ κόλπων πρὸς φάος ἐρχομένους.
ἔμπαλι δ᾽ ὀλβίζουσιν, ὅσους αἰῶνα λιπόντας,
ἀπροϊδὴς κηρῶν λάτρις ἔμαρψε μόρος.
οἱ μὲν γὰρ ζώοντες ἀεὶ παντοῖα περῶσιν
ἐς κακά, τοὶ δὲ, κακῶν εὗρον ἄκος φθίμενοι.

IN VITAM HVMANAM.

LVSCINIVS.

Laudantur Thraces, natos quod uiſcera matrum
Egreſſos gemitu protinus excipiunt:
Quodq; relinquentes uitam ſine fine beatos
Credunt, incautos dum fera parca rapit.
Illos uita malis quia deſtinat omnibus: hinc hos,
Pharmaca quod mortem tot reperere malis.

Ἄδηλον.

Τὸν βίον Ἡράκλειτε πολὺ πλέον ἤπερ ὅτ᾽ ἔζης
δάκρυε. νῦν ὁ βίος ἐστ᾽ ἐλεεινότερος.
τὸν βίον ἄρτι γέλα Δημόκριτε τὸ πλέον, ἢ πρίν.
νῦν ὁ βίος πάντων ἐστὶ γελοιότερος.
εἰς ὑμέας δὲ καὶ αὐτὸς ὁρῶν, τὸ μεταξὺ μεριμνῶ,
πῶς ἅμα σοὶ κλαύσω, πῶς ἅμα σοὶ γελάσω.

LVSCINIVS.

Tempora uix credas Heraclitus ſua quondam ut
Planxerit, at noſtra hæc ſunt puto fauſta minus.
Contraq; perpetuò uitam Democritus olim
Ridebat, q̃ nunc rideat ille magis.

Sic ego dum noſtræ ſcrutor mala, uanaq́; uitæ,
　Iam fleo ſi liceat, iamq́; cachinno magis.

C. VRS. VELIVS.

Triſtius atq; olim, uitæ Heraclite labores
　Vt mage qua miſerum nil queat eſſe, gemas.
Tu quoq; maiori Democrite diffluе riſu,
　Quandoquidem hæc uita eſt ridiculoſa magis.
Ipſe autem interea uos cernens, differor anceps
　Te riſu, lachrymis quomodo teq; iuuem.

Ποσειδίππου. οἱ δὲ, Κράτητος
τοῦ κυνικοῦ.

Ποίην τὶς Βοιότοιο τάμοι τρίβον; εἰν ἀγορῇ μὲν,
　νείκεα, καὶ χαλεπαὶ πρήξεες, ἐν δὲ δόμοις,
φροντίδες. ἐν δ' ἀγροῖς, καμάτων ἅλις. ἐν δὲ θαλάσσῃ,
　τάρβος. ἐπὶ ξείνης, ἢν μὲν ἔχῃς τι, δέος.
ἢν δ' ἀπορῇς, ἀνιηρόν. ἔχεις γάμον; οὐκ ἀμέριμνος
　ἔσσεαι. οὐ γαμέεις; ζῇς ἔτ' ἐρημότερος.
τέκνα, πόνοι. πήρωσις, ἄπαις βίος. αἱ νεότητες,
　ἄφρονες. αἱ πολιαὶ δ' ἔμπαλιν ἀδρανέες.
ἦν ἄρα τοῖν δυοῖν ἑνὸς αἵρεσις, ἢ τὸ γενέσθαι
　μηδέποτ', ἢ τὸ θανεῖν, αὐτίκα τικτόμενον.

LVSCINIVS.

Quem teneas uitæ callem, rogo: iuxta tribunal,
　Iurgia, & anxius eſt quæſtus. at in domibus.
Curæ. durus agris labor imminet. undiq; ponto,
　Terror. opes peregre qui gerit, uſq; pauet.
Pauperies, grauior. connubia, mente quietem
　Excutiunt. cœlebs, heu male ſolus eris.
Proles, faſtidium. genus hac ſine concidit. omnis
Mente



Mente caret iuuenis. uiribus inde ſenex.
Vtrum igitur malis optandum, uel neq; naſci
　Vnquam, uel fato perniciore rapi.

C. VRS. VELIVS.

Nam quod iter uitæ ſectabere, plena moleſtis
　Sunt fora litigijs. anxia cura domi.
Rure, labor terrens medio diſcrimina ponto.
　Si peregre es, partis rebus ubiq; times.
Ac rurſum triſtaris egens. uxorius autem
　Angeris. es uita cœlibe, ſolus eris.
Sollicitant nati. non uiuis & integer, orbus.
　Corde iuuenta caret, robore canicies.
Alterutrum iccirco eſt nobis optabile, nunquam
　Aut naſci, aut natos occubuiſſe cito.

ERASMVS.

Quod nam iter humanæ cupias inſiſtere uitæ?
　Quoquò te uertas, omnia plena malis.
Litigijs cauſiſq; forum ſtrepit uſq; moleſtis.
　Perpetua cruciat ſollicitudo domi.
Enecat aſſiduis rus triſte laboribus. undas
　Et freta ſi ſulces, mille pericla premunt.
Viuenti peregre, ſi res tibi ſuppetit ampla,
　Cuncta miſer metues, nec bene tutus ages.
Rurſum ſi uacuæ pendebunt ære crumenæ,
　Vt durum ac miſerum eſt hoſpitem egere uirum.
Coniugium ſequeris. quanta hic te cura ſequetur?
　Deſolatus eris, ſi ſine coniuge eris.
Si tollis ſobolem, multo educanda labore eſt.
　Non tolles. orbi lumine uita uacat.
Si iuuenis fueris, uaga & inconſulta iuuenta eſt.
Viribus

Viribus effeta eſt cana ſenecta ſuis.
Ergo quid reliquum eſt quæſo niſi ſanus ut optes
Alterutrum, aut nunquam triſtibus è finibus
Materni prodijſſe uteri, aut ubi protinus illinc
Exieris, ſtygias abdier in latebras.

¶Hinc confinxit de Vita humana Eclogen hanc

AVSONIVS.

Quod uitæ ſectabor iter? Si plena tumultu
Sunt fora. Si curis domus anxia. Si peregrinos
Cura domus ſequitur. Mercantem ſi noua ſemper
Damna manent. Ceſſare uetat ſi turpis egeſtas.
Si uexat labor agricolam, mare naufragus horror
Infamat: pœnæq; graues in cœlibe uita:
Et grauior cautis cuſtodia uana maritis.
Sanguineum ſi Martis opus. Si turpia lucra
Fœnoris: & uelox inopes uſura trucidat.
Omne æuum curæ: cunctis ſua diſplicet ætas.
Senſus abeſt paruis lactentibus: & puerorum
Dura rudimenta: & iuuenum temeraria pubes.
Afflictat fortuna uiros per bella, per æquor,
Iras, inſidiasq;, catenatosq; labores,
Mutandos ſemper grauioribus. Ipſa ſenectus
Expectata diu, uotisq; optata malignis,
Obijcit innumeris corpus lacerabile morbis.
Spernimus in cõmune omnes præſentia. Quoſdam
Conſtat nolle deos fieri: Iuturna reclamat:
Quò uitam dedit æternam? Cur mortis adempta
Conditio? Sic caucaſea ſub rupe Prometheus
Teſtatur ſaturnigenam: nec nomine ceſſat
Incuſare Iouem, data ſit quòd uita perennis.

Reſpice



Reſpice & ad cultus animi. Sic nempe pudicum
Perdidit Hippolytum non fœlix cura pudoris.
At contra illecebris maculoſam ducere uitam
Quem iuuat: aſpice & ad pœnas & crimina regum,
Tereos inceſti, uel mollis Sardanapali.
Perfidiam uitare monent tria Punica bella:
Sed prohibet ſeruare fidem deleta Saguntos.
Viue, & amicitias ſemper cole: crimen ob iſtud,
Pythagoreorum perijt ſchola docta ſophorum.
Hoc metuens igitur nullas cole: crimen ob iſtud,
Timon Palladijs olim lapidatus Athenis.
Diſſidet ambiguis ſemper mens obuia uotis.
Nec uoluiſſe homini ſatis eſt: optata recuſant.
Eſſe in honore placet: mox pœnitet. Et dominari
Vt poſſint, ſeruire uolunt. Idem auctus honore,
Inuidiæ obijcitur. Pernox eſt cura diſertis:
Sed rudis ornatu uitæ caret. Eſto patronus,
Et defende reos: ſed gratia rara clientis.
Eſto cliens: grauis imperij perſona patroni.
Exterrent hunc uota patrum: mox aſpera curis
Sollicitudo ſubit: contemnitur orba ſenectus:
Et captatoris præda eſt hæredis, egenus.
Vitam parcus agas: auidi lacerabere fama.
Et largitorem grauius cenſura notabit.
Cuncta tibi aduerſis contraria caſibus. Ergo,
Optima Graiorum ſententia: quippe homini aiunt,
Non naſci eſſe bonum, natum aut cito morte potiri.

¶Eſt ſimile huic Poſidippeo, in Amoris calamitatem libro epigrammáton Septimo: quod cum ad huius uideatur imitationem confictum, nec minus ſit

G elegans

elegans, adſcribere non pigebit.

Αγαθίου σχολαστικοῦ.

Ποίην τις πρὸς ἔρωτας ἴοι τρίβον; ἐν μὲν ἀγυιαῖς,
μαχλάδος οἰμώξεις χρυσομανῆ σπατάλην.
εἰ δ' ἐπὶ παρθενικῆς πελάσεις λέχος, ἐς γάμον ἥξεις
ἔννομον, ἢ ποινὰς τὰς περὶ τῶν φθορέων.
κουριδίαις δὲ γυναιξὶν ἀτερπέα Κύπριν ἐγείρειν,
τίς κεν ὑποτλαίη, πρὸς χρέος ἑλκόμενος;
μοίχια λέκτρα κάκιστα, καὶ ἔκτοθέν εἰσιν ἐρώτων,
ὧν μετὰ, παιδομανὴς κείσθω ἀλιτροσύνη.
χήρη δ' ἡ μὲν ἄκοσμος, ἔχει πάνδημον ἐραστὴν,
καὶ πάντα φρονέει δήνεα μαχλοσύνης.
ἡ δὲ σαοφρονέουσα, μόλις φιλότητι μιγεῖσα,
δέχνυται ἀστόργου κέντρα παλιμβολίης.
καὶ στυγέει τὸ τελεσθέν. ἔχουσα δὲ λείψανον αἰδοῦς
ἄψ ἐπὶ λυσιγάμους χάζεται ἀμβολίας.
ἢν δὲ μιγῇς ἰδίῃ θεραπαινίδι, τλῆθι καὶ αὐτὸς,
δοῦλος ἐναλλάγδην δμωΐδι γιγνόμενος.
εἰ δὲ καὶ ὀθνείῃ, τότε σοι νόμος αἶσχος ἀνάψει,
ὕβριν ἀνιχνεύων σώματος ἀλλοτρίου.
πάντ' ἄρα Διογένης ἔφυγεν τάδε. τὸν δ' ὑμέναιον
ᾖδεν παλάμῃ, Λαΐδος οὐ χατέων.

ΕΚ ΤΟΥ ΕΝΑΝΤΙΟΥ ΠΙΘΑΝΑ,

Μητροδώρου.

Παντοίην βιότοιο τάμοις τρίβον; εἰν ἀγορῇ μὲν
κύδεα, καὶ πινυταὶ πρήξιες. ἐν δὲ δόμοις,
ἄμπαυμ'. ἐν δ' ἀγροῖς, φύσιος χάρις. ἐν δὲ θαλάσσῃ,
κέρδος



κέρδος. ἐπὶ ξείνης, ἢν μὲν ἔχεις τι, κλέος.
ἢν δ' ἀπορῇς, μόνος οἶδας. ἔχεις γάμον, οἶκος ἄριστος
ἔσσεται. οὐ γαμέεις; ζῇς ἔτ' ἐλαφρότερος.
τέκνα, πόθος. ἄφροντις ἄπαις βίος. αἱ νεότητες
ῥωμαλέαι. πολιαὶ δ' ἔμπαλιν εὐσεβέες.
οὐκ ἄρα τῶν δισσῶν ἑνὸς αἵρεσις, ἢ τὸ γενέσθαι
μηδέποτ', ἢ τὸ θανεῖν, πάντα γὰρ ἐσθλὰ βίου.

LVSCINIVS.

Quam lubeat uitæ callem tene. Iuxta tribunal,
Gloria & ingenij quæſtus. at in domibus,
Certa quies. gratas fruges ager educat. affert
Lucra, mare. hoſpitibus, ære paratur honos.
Pauperiem norunt ſoli uxor rite gubernat
Aedes: ni placeat libera uita magis.
Proles, dulcis amor. minor hac ſine cura. iuuentam,
Vires: at canos gloria pulchra manet.
Optandum eſt igitur, nec luce carere, nec orbe
Diuelli, in ſummis eſt quia uita bonis.

C. VRS. VELIVS.

Omne iter inſiſtas uitæ, fora nomen, & uſus
Dant rerum uarios. uita quieta domi eſt.
Gratia delectat ruris. dant æquora lucrum.
Laus eſt ſi peregre diues haberis opum.
Solus egens noris. domus eſt uxore beata.
Cœlebs curarum pondere uita uacat.
Pignora nata iuuant. non ſollicitaberis orbus.
Robur ineſt iuueni ſunt pia uota ſeni.
Alterutrum ne optes igitur, non naſcier, aut non
Eſſe diu: nam ſunt cuncta referta bonis.

ERASMVS.

Quamlibet immo uiam uitæ ingrediare licebit
  Vndiq; blanditur plurima commoditas.
Concio ſi placet atq; forum, hinc uberrima famæ
  Materia, hinc ingens gloria colligitur.
Hic bene tractandis prudentia callida rebus
  Exeritur, rurſum uita quieta domi eſt.
Rura petis, uario illic oblectamine mentem
  Naturæ facies paſcet amœna tuam.
Dulcia prædiues lucra ſuppeditauerit æquor,
  Si peregre uiuis, resq; tibi ſupereſt,
Multus honos comitatur. Habes nihil, ergo pudoris
  Eſt minus, ipſe tibi conſcius unus eris.
Vxor ducta tibi eſt, domus optima, pinde futura eſt.
  Non ducta eſt, curis exoneratus ages.
Si tibi dulce patris cognomen, pignora nata
  Donant, & quod ames, unde & ameris erit.
Orbus ages, orbi eſt ſine ſollicitudine uita,
  Quam patribus ſoboles ferre alitura ſolet.
Vt conſtant uiridi, roburq; uigorq; iuuentæ:
  Commendat pietas ſic ſua caniciem.
Nil igitur uideo cauſæ cur alterutrum optes,
  Aut naſci nunquam, aut interiiſſe ſtatim.
Quandoquidem humanæ quæ tandē eſt portio uitæ
  Non optanda bonis, atq; adamanda ſuis?

¶Eſt apud Petrum Crinitum chorus Laconicus carmine heroico: qui quum diuerſarum ætatum ſtudia pulchre ponat ob oculos, dignus mihi quem hucadſcriberem, uiſus eſt.

PVERI.

Viuemus pueri: ſed nunc iuuenilibus annis

Laſciui



Laſciuire iuuat, tenerosq; admittere luſus,
Dum uacat, & molles agitare hos poſſumus artus:
Mox ueniet tempus, nobis cum creſcere uires
Incipient, longeq; graui torquere lacerto
Spicula, & audaci fortes confligere bello.
Ergo agite ò pueri, melius ſperare licebit,
Si modo ad optatam dabitur creuiſſe iuuentam.

IVVENES.

Viuimus ò iuuenes: iuuat his florentibus annis
Viuere, & in cunctis animos præbere uigentes.
Nunc licet egregios uitæ decerpere fructus,
Et pariter claris uirtutem extendere geſtis.
Mox dabitur tempus, cum iam langueſcere uires
Incipient, tremulisq; cadent membra omnia neruis.
Ergo agite ò iuuenes præſentia carpite uitæ
Munera, & ætatem penitus ſeruate uirilem.

SENES.

Viximus inſignes olim, dum tempora robur
Auxerunt, ſimulatq; animi uiguere potentes.
Nunc ſenio affecti uix languida membra mouemus:
Nec licet infirmos quicquam ſperare per annos.
Non procul à miſeris ſenibus mors imminet atra:
Hæc etenim cunctos æquatis uiribus urget.
Ergo agite interea funeſtas pellite curas,
Et ſenium aprica foueamus molliter aura.

Λουκιανοῦ.

Θνητὰ τὰ τῶν θνητῶν, καὶ πάντα παρέρχεται ἡμᾶς,
  ἢν δὲ μή, ἀλλ᾽ ἡμεῖς αὐτὰ παρερχόμεθα.

LVSCINIVS.

 Morta

Mortales fugiunt nos cuncta, cadentia fato,
Vel, quod crediderim, nos magis hæc fugimus.

Παλλαδᾶ.

Γῆς ἐπέβην γυμνός, γυμνός θ᾽ ὑπὸ γαῖαν ἄπειμι.
καὶ τί μάτην μοχθῶ, γυμνὸν ὁρῶν τὸ τέλος.

LVSCINIVS.

Conſcendi terram nudus, ſubiturus eandem
Nudus. quid moliar? mors quoq; nuda uenit.

G. LILIVS.

Ingredior nudus terram, egredior quoq; nudus.
Quid fruſtra ſtudeo, funera nuda uidens?

MORVS.

Nudus ut in terram ueni, ſic nudus abibo.
Quid fruſtra ſudo, funera nuda uidens?

Τοῦ αὐτοῦ.

Πλοῦς σφαλερὸς τὸ ζῆν, χειμαζόμενοι γὰρ ἐν αὐτῷ
πολλάκι ναυηγῶν πταιόμεν οἰκτρότερα.
τὴν δὲ τύχην βιότοιο κυβερνήτειραν ἔχοντες,
ὡς ἐπὶ τοῦ πελάγους ἀμφίβολοι πλέομεν.
οἱ μὲν, ἐπ᾽ εὐπλοΐην, οἱ δ᾽ ἔμπαλιν. ἀλλ᾽ ἅμα πάντες
εἰς ἕνα τὸν κατὰ γῆς ὅρμον ἀπερχόμεθα.

LVSCINIVS.

Vita rapit miſeros ceu ſcapha uicina periclis,
Naufragus erumnis quà patet aſſiduis.
Inconſtans regit hanc fortuna uolubilis, errans,
Nec niſi per gyros, & uada cœca trahit.
Nauigat hinc fœlix alius, ſorte alter iniqua,
Cuiq; tamen puluis, tumbaq; portus erit.

Τοῦ αὐτοῦ.

Σκηνὴ



Σκηνὴ πᾶς ὁ βίος καὶ παίγνιον. ἢ μάθε παίζειν,
τὴν σπουδὴν μεταθείς, ἢ φέρε τὰς ὀδύνας.

LVSCINIVS.

Diſce iocos, ſcena eſt, ludus quoq; uita: repugnans
Fortunæ, triſtis damna nociua feres.

Τοῦ αὐτοῦ.

Εἰ τὸ φέρον σε φέρει, φέρε καὶ φέρου. εἰ δ᾽ ἀγανακτεῖς,
καὶ σαυτὸν λυπεῖς, καὶ τὸ φέρον σε φέρει.

LVSCINIVS.

Si ducunt te fata, feras: dolor additur omni
Inuito, & collo non minus illa trahunt.

MORVS.

Si ferris ferre & fer, ſin iraſceris, & te
Læſeris, & quod fert te feret, immo trahet,

¶ Ab huius epigrammatis ſententia, quæ
Biantis eſſe fertur, non abhorret hoc

Ἄδηλον.

Εἰ μὲν ἦν μαθεῖν ἃ δεῖ παθεῖν,
καὶ μὴ παθεῖν, καλὸν ἦν τὸ μαθεῖν.
εἰ δὲ δεῖ παθεῖν ἃ δεῖ μαθεῖν,
τί δεῖ μαθεῖν; παθεῖν γὰρ χρή.

G. LILIVS.

Si poſſet caſus quiſquam præſcire futuros,
Et uitare ſimul, ſcire ſuaue foret.
Sin patienda tibi prorſus quæ ſcire requiris,
Quid præſciſſe iuuat? nanq; neceſſe pati.

MORVS.

Si uitare queas, quæ ſunt patienda, ſciendo,
Scire quidem pulchrum, quæ paterere, foret,

Sin quæ præſcieris uitandi eſt nulla poteſtas,
Quid præſcire iuuat, quæ patiêre tamen?

IDEM, Carmine Iambico trimetro.

Præſcire ſi queas, quæ oporteat pati,
Queasq; non pati, bonum eſt ut præſcias.
At ſi te oporteat, licet ſcias pati.
Præſcire quid iuuat? neceſſe enim eſt pati.

Παλλαδᾶ.

Δακρυχέων γενόμην, καὶ δακρύσας ἀποθνήσκω,
δάκρυσι δ' ἐν πολλοῖς τὸν βίον εὗρον ὅλον.
ὦ γένος ἀνθρώπων πολυδάκρυτον, ἀσθενὲς, οἰκτρὸν,
συρόμενον κατὰ γῆς, καὶ διαλυόμενον.

LVSCINIVS.

Fundebam lachrymas genitus, moribundus idē nūc
Plango, uidens luctu tempora cuncta teri.
O mortale genus, male firmum, triſte miſellum,
Seu te habeat tellus, ſeu fera parca ferat.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ω γένος ἀνθρώπων ἀνεμώλιον, αὐτοχόλωτον,
μέχρι τέλους βιότου μηδὲν ἐπιστάμενον.

LVSCINIVS.

O quàm uana tenet fiducia, proxima uento
Mortales, uerum non niſi morte ſcient.

¶Επιφώνημα eſt hoc diſtichon epigrammatis hexaſtichi lib. γ'. de Ceſſio quodam, id quod ſuo loco apponetur Cæterum humanæ naturæ fragilitatem, ut alios interim prætercam, quum alibi tum Odyſs Σ. ſcite admodū depinxit his uerbis HOMERVS.

οὐδὲν



Οὐδὲν ἀκιδνότερον γαῖα τρέφει ἀνθρώποιο
πάντων ὅσσα τε γαῖαν ἔπι πνείει τε καὶ ἕρπει.
οὐ μὲν γάρ ποτέ φησι κακὸν πείσεσθαι ὀπίσω,
ὄφρ' ἀρετὴν παρέχωσι θεοὶ, καὶ γούνατ' ὀρώρῃ.
ἀλλ' ὅτε δὴ καὶ λυγρὰ θεοὶ μάκαρες τελέωσι,
καὶ τὰ φέρει ἀεκαζόμενος τετληότι θυμῷ.
τοῖος γὰρ νόος ἐστὶν ἐπιχθονίων ἀνθρώπων,
οἷον ἐπ' ἦμαρ ἄγησι πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.

Hos uerſus inter cæteros ſic uertit

IACOBVS MYCILLVS.

Quicquid alit tellus, quicquid mare, quicquid & aer,
Nil homine infirmum magis eſt. Qui donec ab alto
Fortunam præbent ſuperi, uitamq; miniſtrant,
Nil metuens uiuit uenturæ neſcius horæ.
At ſi quando leues mutauit Iuppiter auras,
Triſtiaq; eueniunt mutatis tempora lætis
Improuiſa animo perfert incommoda mœſto,
Et grauis ipſe ſibi conſumit corda dolore.
Nam ceu fortuna eſt, præſentem quæ regit horam,
Sic humiles magniq; ſumus, mentemq; paramus.

Ιουλιανοῦ.

Ἡδέα πάντα κέλευθα λάχεν βίος. ἄστεϊ μέσσῳ,
εὖχος. ἑταιρεῖαι. κρύπτα δ' ὁμοίοισιν ἄχη.
ἀγρὸς τέρψιν ἄγει. κέρδος πλόος. ἀλλοδαπὴ χθὼν
γνώσιας. ἐκ δὲ γάμων, οἶκος ὁμοφρονέει.
τοῖς δ' ἀγάμοις, ἄφροντις ἀεὶ βίος. ἕρκος ἐτύχθη
πατρὶ, τέκος. φροῦδος τοῖς ἀγόνοισι φόβος.
ἠνορέην νεότης. πολιὴ φρένας οἶδεν ὀπάζειν.

 ἔνθεν

ἔνθεν θάρσος ἔχων, ζῶε. φύτευε γένος.

LVSCINIVS.

Dulcia cuncta homini ſors præbuit. Vrbe repoſtum,
Hinc decus, hinc ſocij grata domiq; quies,
Agris, deliciæ. lucrum, mari. & extera tellus,
Rara docet. concors coniugioq; domus,
Exors eſt curis cœlebs. nati, addere robur
Norunt at orbos non tenet uſq; timor.
Flore iuuentutis uires. ſapientia canis
Parta. Igitur uiue, & ſi ſapis auge genus.

ἄδηλον.

Πῶς τις ἄνευ θανάτου σε φύγοι βίε. μυρία γάρ σευ
λυγρά. καὶ οὔτε φυγεῖν εὐμαρὲς, οὔτε φέρειν.
ἡδέα μὲν γάρ σου τὰ φύσει καλὰ, γαῖα, θάλασσα,
ἄστρα, σεληναίης κύκλα, καὶ ἠελίου.
τἆλλα δὲ πάντα, φόβοι τε, καὶ ἄλγεα, κἤν τι πάθῃ τις
ἐσθλὸν, ἀμοιβαίην ἐκδέχεται νέμεσιν.

LVSCINIVS.

Non mihi uita patet, te, dein tua dona reuoluens,
Quò mala tot fugiam, uel tolerare queam.
Allicit aſpectu blando mare, tellus & æther,
Cynthius ac Phœbe, ſydera quæq; poli.
At rogo quis contra numeret mala cuncta uiciſſim,
Vltrix non æqua quæ mihi lance refers?

ἄδηλον.

Πάντα γέλως, καὶ πάντα κόνις, καὶ πάντα τὸ μηδὲν,
πάντα γὰρ ἐξ ἀλόγων ἐστὶ τὰ γιγνόμενα.

LVSCINIVS.

Sanum nil, puluis ſunt omnia quæ capit orbis,

Deniq;



Deniq; ni fallor, mens quoq; ſtulta ſimul.

ἄδηλον.

Φροντίδες οἱ παῖδες, μέγα μὲν κακὸν εἴ τι πάθοιεν,
εἰσὶ δὲ καὶ ζῶντες φροντίδες οὐκ ὀλίγαι.
ἡ γαμετὴ, χρηστὴ μὲν, ἔχει τινὰ τέρψιν ἐς αὐτὴν,
ἡ δὲ κακὴ, πικρὸν τὸν βίον ἀνδρὶ φέρει.

LVSCINIVS.

Cura patris nati rebus licet uſq; ſecundis,
Sollicitant animum, tum mage ſi doleat.
Quæ frugi eſt coniunx fateor bona plurima præſtat,
Praua, uiro, certo certius exitium.

ἀδέσποτον.

Ὦ θηρῶν βροτὲ μᾶλλον ἀνήμερε, πάντα σε μισεῖ
παντολέτορ. πάντῃ δ' ἐκδέχεταί σε μόρος.
ἢν ἐπὶ γῆς φεύγῃς, ἄγχου λύκος, ἢν δὲ πρὸς ὕψος
δενδροβάτης, ἀσπὶς δεῖ μ' ὑπὲρ ἀκρεμόνων.
περάζεις καὶ νεῖλον; ὅδ' ἐν δίναις κροκόδειλον
ἔτρεφεν, εἰς ἀσεβεῖς θῆρα δικαιότατον.

LVSCINIVS.

O caput inuiſum beluis crudelior ipſe,
Mactans cæde feras, præda futurus homo.
Te lupus in terris ni præfocat: alta petentem,
Dendrobates: herbis, uipera ſæua necat.
Paſcitur & Nili peſtis crocodilus in antris,
Vltrix dira mali, certaq; pernicies.

ΕΙΣ ΓΑΜΟΝ.

ἄδηλον.

Εἴ τις ἅπαξ γήμας, πάλι δεύτερα λέκτρα διώκει,

ναυηγὸς

ναυηγὸς πλώει δὶς βυθὸν ἀργαλέον.

ERASMVS ROT.

Altera connubium experto cui ducitur uxor,
Hic fracta repetit æquora ſæua rate.

MORVS.

Qui capit uxorem defuncta uxore ſecundam,
Naufragus in tumido bis natat ille freto.

Παύλου Σιλεντιαρίου.

Καλὰ τὰ παρθενίης κειμήλια. παρθενίη δὲ,
τὸν βίον ὤλεσεν ἄν, πᾶσι φυλαττομένη.
τοὔνεκεν ἐνθέσμως ἄλοχον λάβε. καί τινα κόσμῳ
δὸς βρότον ἀντὶ σέθεν. φεῦγε δὲ μαχλοσύνην.

ARNOL. VESALIEN.

Virginitas pulchris ornatur dotibus: at ſi
Illam omnes foueant, uita peribit iners.
Duc itaq; uxorem, tibi fac ſuccedat & orbi
Hæres legitimus. Subfuge adulterium.

SOTER ITA.

Optima uirginitas homini eſt poſſeſſio, uerum
Amplexa à cunctis, uitam ea perdiderit.
Rite igitur tu uxorem ducito, mundus ut olim
Pignus pro te habeat: ſed fuge adulterium.

Αὐτομέδοντος.

Εὐδαίμων πρῶτον μὲν, ὁ μηδενὶ μηδὲν ὀφείλων.
εἶτα δ' ὁ μὴ γήμας. τὸ τρίτον ὅστις ἄπαις.
ἂν δὲ μανεὶς γήμῃ τις. ἔχει χάριν, ἢν κατορύξῃ
εὐθὺς τὴν γαμετὴν, προῖκα λαβὼν μεγάλην.
ταῦτ' εἰδὼς, σοφὸς ἴσθι. μάτην δ' Ἐπίκουρον ἔασον





ποῦ τὸ κενὸν ζητεῖν, καὶ τίνες αἱ μονάδες.

ERASMVS.

Qui nulli debet, fortunatiſſimus ille eſt.
Proximus huic cœlebs. tertius orbus erit.
Quòd ſi quis demens uxorem duxerit, illi
Hic ita res demum commoda grata feret.
Eueniat ſi ſors ut grandi dote recepta,
Protinus uxorem deferat in tumulum.
Hæc doctus ſapias, Epicurum quærere fruſtra,
Quà ſit inane ſinas, quæq; ſient monades.

¶Hinc deſumptum arbitror hoc

MORI.

Res grauis eſt uxor: poterit tamen utilis eſſe,
Si ſua det propere ſe moriente tibi.

Ἀδήλου.

Οὐκ ἔστι γήμας, ὅστις οὐ χειμάζεται.
λέγουσι πάντες, καὶ γαμοῦσιν εἰδότες.

IOAN. ARTOPOEVS.

Coniugis infauſtos fertur neſcire labores,
Aſpera quem nunquam ſollicitauit hyems.
Omnibus id notum propria quoq; mente fatentur,
Attamen hoc nemo triſte relinquit onus.

MORVS.

Hoc quiſq; dicit. Rebus in mortalibus
Quod triſtius ſit, ac magis uiros grauet,
Natura nil produxit his uxoribus.
Hoc quiſq; dicit, dicit, at ducit tamen.
Quin ſex ſepultis, ſeptimam ducit tamen.

¶Huc pertinent uerſus hi,

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ.

πολλαὶ μὲν ὀργαὶ κυμάτων θαλασσίων.
πολλαὶ δὲ ποταμῶν, καὶ πυρὸς θερμοῦ πνοαὶ,
δεινὸν δὲ πενία. δεινὰ δ᾽ ἄλλα μυρία.
πλὴν οὐδὲν οὕτω δεινὸν, ὡς γυνὴ κακή.

ERASMVS.

Furore multo ſæuit iratum mare,
Proniq; fluuij, & ignis acris impetus,
Inopia acerba, acerba alia quamplurima,
Sed nil ita acerbum & noxium, ut mulier mala.

¶ Libet & huc adducere, Cari, magni illius Romanæ difficultatis, ut ille ait, uerſiculos.

CARVS.

Nec ſua reſpiciunt miſeri mala maxima ſæpe,
Nigra μελίχροος; immunda eſt & fœtida ἄκοσμος.
Cæſia, παλλάδιον: neruoſa & lignea, δορκάς.
Paruula pumilio, charitonia tota, merum ſal.
Magna atq; immanis, κατάπληξις, plenaq; honoris,
Balba, loqui non quit, τραυλίξις muta, pudens eſt.
At flagrans, odioſa, loquacula, λαμπάδιον ſit.
ἰσχνὸς ἐρωμάνιον tum ſit, quum uiuere non quit.
Præ macie ῥαδινὴ, uero'ſt iam mortua tuſſi.
Ac lamia'ſt, manioſa adeo'ſt certa ipſa ab Iaccho.
Simula, σιλήνη: at ſatura'ſt λαλοῦσα φιλοινη.

ΕΙΣ ΓΗΡΑΣ ΚΑΙ ΓΕΡΟΝΤΑΣ.

Λουκιλλίου.

Εἴ τις γηράσας ζῆν εὔχεται, ἄξιός ἐστι
γηράσκειν πολλῶν εἰς ἐτέων δεκάδας.

IOAN.



IOAN. SOTER.

Dij dent, Neſtoreos optanti uiuere in annos,
Multas annorum uiuere myriadas.

¶ Hoc ſenſiſſe uidetur in quodam epigrammate

MARTIALIS.

At noſtri bene computentur anni,
Et quantum tetricæ tulere febres,
Aut languor grauis, aut mali dolores,
A uita meliore ſeparentur,
Infantes ſumus, & ſenes uidemur.
Aetatem Priamiq;, Neſtoriſq;
Longam qui putat eſſe Martiane,
Multum decipiturq; falliturq;.
Non eſt uiuere, ſed ualere, uita.

¶ Libet hoc loco, quādo toti in ludicris uerſamur rebus, adſcribere fabellam quādam de hominibus atq; ſerpentibus, qui ſcilicet factum ſit, ut hi ſuam cū pelle exuant ſenectam, atq; ita perpetua quadam fruantur iuuenta: illi uero non ſeneſcant modo, ſed & uarijs morbis, qui ipſam comitantur ſenectā, ſint obnoxij. Eam ſic conſcripſit

GEOR. ANONYMVS.

Iuppiter imperium quo tempore cœpit olympi
Et ſuperis primum regia iura dedit,
Sacra nouo domino terreſtris turba parauit,
Atq; dies toto feſtus in orbe fuit.
Cæduntur niuei paſſim de more iuuenci,
Incenſis redolent thura Sabæa focis.
At Deus hac tanta motus pietate, rogarint
Mortales quicquid, iuſſit id eſſe ratum.

Conue-

Conuēnſunt homines, ſimul æternamq́; iuuentam
  Lædere quam poſſet nulla ſenecta, petunt.
Audijt ille preces, tardumq́; uocabat aſellum
  Quo ſenior Bacchi uectus alumnus erat:
Cuius in ignauo pulcherrima munera tergo
  Ad nos mortales ille ferenda dedit.
Quid tibi cum tali turpiſſima beſtia dono?
  Te graue lignorum dignius eſſet onus.
Ecce ſitim feſſus dum colligit inter eundum,
  Flectit ad irrigui flumina fontis iter.
Ad quem ſic breuiter per cærula colla loquutus
  Seruator liquidi gurgitis hydrus ait:
Fluminis huius erit tibi copia nulla bibendi,
  Ni mihi quod portas munus aſelle dabis.
Heu pecus ignauum, cœleſti nectare munus
  Nobilius, uili uendit aſellus aqua.
Exuitur tenui quare cum pelle uetuſtas
  Anguibus, aſt homines ægra ſenecta premit.
Sed caueat porrò ne quid committat aſellis
  Qui bene curatas res uolet eſſe ſuas.

¶Hanc fabulam in Theriacis ſic narrat

NIKANDER.

Ὠγύγιος δ' ἄρα μῦθος ἐμ αἰξηοῖσι φορεῖται
Ὡς ὁπότ' οὐρανὸμ ἔσχε Κρόνου πρεσβύτατος υἱός,
Νειμάμενος κασίεσιμ ἑκὰς περικυδέας ἀρχὰς
Ἰδμοσύνῃ, νεότητα γέρας πόρεμ ἡμερίοισι,
Κυδαίνωμ. δὴ γὰρ ῥα πυρὸς ληίστορ' ἔνιπτομ
Ἄφρονες, οὐ μὲν τῆς δὲ κακοφραδίης ἀπόναντο.
Νωθεῖ γὰρ κάμνοντες ἀμορβεύοντο λεπάργῳ

Δῶρα

Δῶρα. πολυσκαρθμὸς δὲ κεκαυμένος αὐχένα δίψῃ
Ῥώετο. γωλειοῖσι δ' ἰδὼμ ὁλκήρεα θῆρα,
Οὐλοὸμ, ἐλλιτάνευε κακῇ ἐπαλαλκέμεν ἄτῃ.
Σαίνων. αὐτὰρ ὁ βρῖθος ὃ δή ῥ' ἀνεδέξατο νώτοις
Ἤτεεμ ἄφρονα δῶρον. ὁ δ' οὐκ ἀπανήνατο χρειῇ.
Ἐξότε γηραλέον μὲν ἀπὸ φλόομ ἑρπετὰ βάλλει
Ὀλκήρη. θνητοὺς δὲ κακὸμ περὶ γῆρας ὀπάζει.
Νοῦσον δ' ἀργαλέημ βρωμήτορος οὐλομένη θὴρ
Δέξατο. καί τε τυπῇσιν ἀμυδροτέρῃσιμ ἰάπτει.

ΦΙΛΩΝΟΣ.

Αἱ πολιαὶ σὺν νῷ, γεραρώτεραι. αἱ γὰρ ἄτερ νοῦ,
  μᾶλλομ τῶν πολλῶν εἰσὶν ὄνειδος ἐτῶν.
αἱ τρίχες, ἢν σιγᾷς, εἰσὶ φρένες. ἢν δὲ λαλήσῃς,
  ὡς αἱ τῆς ἥβης, οὐ φρένες, ἀλλὰ τρίχες.

ARNOL. VESALIEN.

Si mentem ſociam teneant in uertice cani,
  Oblectant: aliâs ſanna perennis erunt.
Si taceas, cani mentis ſunt ſigna diſertæ:
  Sunt pilus ut iuuenum, ſi blaterare uelis.

ΕΙΣ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΥΣ

Παλλαδᾶ, εἰς τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα

Ἀνδρομάχην.

Μῆνιν τ' οὐλομένημ γαμετὴμ ὁ τάλας γεγάμηκα.
  καὶ παρὰ τῆς τέχνης μήνιδος ἀρξάμενος
ὤ μοι ἐγὼ πολύμηνις ἔχωμ διχόλωτον ἀνάγκην,
  τέχνης γραμματικῆς, καὶ γαμετῆς μαχίμης.

LVSCINIVS.

Grammatico ducta eſt uxor mihi peſtifer ira,

 Arti

Artis & infœlix ira mihi auſpicium.
Heu miſer, en gemina fatis modo comprimor ira,
Artis Grammaticæ, fœmineaq; domi.

¶ Huc alluſiſſe uidetur

AVSONIVS.

Arma uirumq; docens, atq; arma uirumq; peritus,
Non duxi uxorem, ſed magis arma domum.
Nanq; dies totos. totaſq; ex ordine noctes
Litibus oppugnat meq; meumq; larem.
Atq; ut perpetuis dotata à Marte duellis,
Arma in me tollit, nec datur ulla quies.
Iamq; repugnanti dedam me ut deniq; uictum,
Iurgia & ob hoc ſolum iurgia quod fugiam.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ἀρχὴ γραμματικῆς πεντάστιχός ἐστι κατάρα.
πρῶτος, μῆνιν ἔχει. δεύτερος, οὐλομένην.
καὶ μετὰ δ' οὐλομένην, Δαναῶν πάλιν ἄλγεα πολλά.
ὁ τρίτατος, ψυχὰς εἰς ἀΐδην κατάγει.
τοῦ δὲ τεταρταίου, τὰ ἑλώρια, καὶ κύνες ἀργοί.
πέμπτου δ' οἰωνοί, καὶ χόλος ἐστὶ Διός.
πῶς οὖν γραμματικὸς δύναται μετὰ πέντε κατάρας,
καὶ πέντε πτώσεις, μὴ μέγα πένθος ἔχειν.

SOTER ITA.

Grammaticæ auſpicium pentaſtichon eſt maledictũ.
Iram primus habet, pernicioſam alius,
Poſtq; hãc haud paucos Danaûm habet ille dolores.
Tertius at fortes mittit ad orcum animas.
Tractus quartus habet fœdos, celereſq; moloſſos:
In quinto & uolucres, & Iouis ipſe furor.

Mirum



Mirum igitur, poſt ſex caſus, quinq; & maledicta,
Quintuplicem luctum Grammaticus ſi habeat.

¶ Alludit autem ad Homericæ Iliados exordiũ, quam hunc in modum orditur

HOMERVS.

Μῆνιν ἄειδε θεὰ πηληϊάδεω ἀχιλῆος,
οὐλομένην. ἣ μυρί' ἀχαιοῖς ἄλγε' ἔθηκεν.
πολλὰς δ' ἰφθίμους ψυχὰς ἀΐδι προΐαψεν,
ἡρώων. αὐτοὺς δ' ἑλώρια τεῦχε κύνεσσιν,
οἰωνοῖσί τε πᾶσι. Διὸς δ' ἐτελείετο βουλή.

Eos uerſus ſic uertit

FRAN. PHILEL.

Iram diua refer Pelidæ immitis Achilli,
Innumeris quæ ſæua malis afflixit Achiuos,
Heroumq; animas tot fortes impulit orco,
Membra minutatim quorum laniata, moloſſis
Alitibusq; dedit pro regis mente deorum.

NICOL. VALLA.

Iram pande mihi Pelidæ diua ſuperbi,
Triſtia quæ miſeris iniecit funera Graijs,
Atq; animas fortes heroum tradidit orco,
Latrantumq; dedit, roſtris uolucrumq; trahendis
Illorum exangues inhumatis oſſibus artus.

¶ Sed quid prohibet & idẽ fieri in diuinæ illius Vergilianæ Aeneid. exordio, cui nõ minus aptũ ineſt argumentum, id quod utcũq; ſic efficere conatus ſum:

Grammatici infœlix omen quàm ſit, tibi quinq;
Verſibus hoc primis uſq; patere poteſt.
Arma canit primus Martis dira atq; cruenta.

 Fato

Fato alter profugum prædicat orbe uirum.
Terno, multum ille & terris iactatur & alto.
Vis ſuperûm eſt quarto, atq; ira deæ memoris.
Multa quoq; & bello patitur quinto, omnia dira.
Iure ergo exagitant hæc mala grammaticum.

### ΕΙΣ ΔΙΚΗΝ

Ἀρχίου.

Ἔν ποτε παμφαίνοντι μελάντερος αἰθέρι ναίων,
σκορπίον ἐκ γαίης εἶδε θορόντα κόραξ,
ὃν μάρψας ὤρουσεν. ὁ δ' ἀΐξαντος ἐπ' οὔδας,
οὐ βραδὺς, εὐκέντρῳ πέζαν ἔτυψε βέλει,
καὶ ζωῆς μιν ἄμερσεν. ἰδ' ὅσον ἔτευχεν ἐπ' ἄλλῳ,
ἐκ κείνου τλήμων αὐτὸς ἔδεκτο μόρον.

ERASMVS.

Scorpius è terra prorepſerat, idq; uidente
Coruo, qui cœlo uictitat in liquido.
Corripuit uiſum, fugitq;, ſed hic ut humum ales
Contigerat, telo mox ferit, atq; necat.
Ecce tibi quod in hunc auis inſidioſa parabat,
Inde ſibi acciuit ipſa necem miſera.

Ἄδηλον.

Ἀνδροφόνῳ σαθρὸν παρὰ τειχίον ὑπνώοντι,
νυκτὸς ἐπιστῆναί φασι Σάραπιν ὄναρ.
καὶ χρησμῳδῆσαι, κατακείμενος οὗτος, ἀνίστω,
καὶ κοιμῶ μεταβὰς ὦ τάλας ἀλλαχόθι.
ὃς δὲ, διυπνισθεὶς, μετέβη. τὸ δὲ σαθρὸν ἐκεῖνο
τειχίον. ἐξαίφνης εὐθὺς ἔκειτο χαμαί.
σῶστρα δ' ἕωθεν ἔθυε θεοῖς χαίρων ὁ κακοῦργος,





ἥδεσθαι νομίσας τὸν θεὸν ἀνδροφόνοις
ἀλλ' ὁ Σάραπις ἔχρησε πάλιν διὰ νυκτὸς ἐπιστὰς
κήδεσθαί με δοκοῖς ἄθλιε τῶν ἀδίκων;
εἰ μὴ νῦν σε μέθηκα θανεῖν, θάνατον μὲν ἄλυπον
νῦν ἔφυγες. σταυρῷ δ' ἴσθι φυλαττόμενος

C. VRS. VELIVS.

Ponè ruinoſas homicida quieuerat ædes,
Cui uiſus, tacita nocte, Serapis ait
Præſcius: hinc ò qui ſtertis te protinus aufer,
Atq; aliò cubitum progrediare miſer.
Euigilans homicida abijt, parieſq; ruinam
Lapſus humi uaſta mole repente dedit.
Soſpita dehinc fecit dijs ſacra nepharius, orto
Sole, ratus lætum cædibus eſſe deum.
Cui deus in ſomnis iterum uentura ferebat:
Men' ſontes ſcelerum perdite amare putas?
Quippe quòd auerti facilis diſcrimina leti,
Hinc te ſeruandum noueris eſſe cruci.

LVSCINIVS.

Dum caperet ſomnos murũ prope latro uetuſtum,
In ſomnis præſto numen adeſſe uidet.
Et ſubito oraculum monuit: Latro mitte ſoporem,
Teq; miſer aliò confer, abiq; celer.
Ceſſit ut ille loco, paries, mox concidit ingens,
Inq; ſolum paries ſternitur innocuus.
Sacra memor tantæ fecit latro mane ſalutis,
Atq; adeo gratos prædicat eſſe reos.
Poſtera ſed reddit nox uerba, deumq; latroni
Qui cæde ouantis contudit ora uiri:

Non, ait, hac nece te uiſum fuit orbe moueri,
Quin magis immanis crux malefacta luet.

ΕΙΣ ΔΥΣΠΡΑΓΙΑΝ.

Φιλίππου.

Ἕβρου θρηϊκίου κρυμῷ πεπεδημένον ὕδωρ,
νήπιος ἐκβαίνων, οὐκ ἔφυγεν θάνατον.
ἐς ποταμὸν δ' ἤδη λαγαρούμενον ἴχνος ὀλισθὼν.
κρυμῷ τοὺς ἁπαλοὺς αὐχένας ἀμφεκάρη.
καὶ τὸ μὲν, ἐξετύρη λοιπὸν δέμας. ἡ δὲ μολοῦσα
ὄψις, ἀναγκαίην εἶχε τάφου πρόφασιν.
δύσμορος. ἧς ὠδῖνα διείλετο πῦρ τε, καὶ ὕδωρ,
ἀμφοτέρων δὲ δοκῶν, οὐδενός ἐστιν ὅλος.

¶Eſt libro tertio huius argumenti & hoc:

Φλάκκου.

Ἕβρου χιμερίοις ἀταλὸς κρυμοῖσι πεδηθεὶς
κοῦρος, ὀλισθηροῖς ποσσὶν ἔθραυσε πάγον.
τοῦ, παρασυρομένοιο, περιῤῥαγεὺς αὐχέν' ἔκοψε
θηγαλέον ποταμοῦ Βιστονίοιο τρύφος.
καὶ τὸ μὲν, ἡρπάσθη δίναις μέρος. ἡ δὲ τεκοῦσα,
ληφθὲν ὕπερθε τάφου μοῦνον ἔθηκε κάρα.
μυρομένη δὲ τάλαινα, τέκος, τέκος, εἶπε, τὸ μέν σου
πυρκαϊὴ, τὸ δὲ, σοῦ πικρὸν ἔθαψεν ὕδωρ.

C. GERMANICVS AVG.

Thrax puer aſtricto glacie dum luderet Ebro,
Frigore concretas pondere rupit aquas.
Dumq; imæ partes rapido traherentur ab amni,
Præſecuit tenerum lubrica teſta caput.
Orba quod inuentum mater dum conderet urna,
Hoc



Hoc peperi flammis, cætera (dixit) aquis.

POLITIANVS.

Παῖς Ἕβρῳ ἐπέθρωσκε πεπηγόθι τυτθὸς ἀθύρων,
κρυστάλλου δ' ἐάγη μαρμαρόεν δάπεδον.
χ' ὡ μὲν ὀλισθαίνων πέσεν εἰς βυθὸν, ἀλλ' ἀδιάντου
κρᾶτος ἔκερσε δέρην ὀστρακόεις παγετός.
σκῆνος ἄρ' ἐνδόμυχον ῥοθίου ταχὺς ἔσπασεν ὁλκός,
τοῦ περὶ δ' ἡ μήτηρ μοῦνον ἔδωκε κάρη
εἶπε δ' ἐπιστενάχουσα, τί δύσμορος υἱὸν ἔτεξα;
ἄρ' ὡς στοιχείοιν βρῶμα γένοιτο δυοῖν.

¶Eſt apud Epigrammatarium elegās admodum epigramma, non huius tamen argumenti, ſed quod alioqui mirum habeat τῆς δυσπραγίας exemplum.

MARTIALIS.

Quà uicina pluit Viſpanis porta columnis,
Et madet aſſiduo lubricus igne lapis,
In iugulum pueri, qui roſcida templa ſubibat,
Decidit hiberno prægrauis unda gelu.
Cumq; peregiſſet miſeri crudelia fata,
Tabuit in calido uulnere mucro tener.
Quid non ſæua ſibi uoluit Fortuna licere,
Aut ubi mors non eſt, ſi iugulatis aquæ.

Ἄδηλον.

Ἐλπίδα, καὶ νέμεσιν ξύνους παρὰ βωμὸν ἔτευξα,
τὴν μὲν, ἵν' ἐλπίζῃς. τὴν δ', ἵνα μηδὲν ἔχῃς.

MARVLLVS.

Quæ nam hæc tam ſemper quæ læta eſt? optima rerũ
Spes bona. quæ lateri iuncta? potens Nemeſis.

Dux magis an comes eſt? uindex magis. unde duab.
Templa eadem? ſperes ne, niſi quod liceat.

ΑΓΑΙΝΟΙ.

Ἀδήλου.

Ἐσθλὰ λέγειν αἰεὶ πάντας, καλόν. αἰσχρὰ δὲ δεινόν.
κἂν ὦσιν τούτων ἄξιοι ὧν λέγομεν

BERGIVS.

Dicere de cunctis bona pulchrum eſt, turpia iniquũ:
Sint licet hoc digni crimine quod loquimur.

IOAN. SOT. Iambico dimetro.

Eſt de omnibus fari optima,
Bonum: aſt iniqua, peſſimum:
Et ſi is uir quo de dixeris,
Sit criminis digniſſimus.

ΕΙΣ ΕΡΩΤΑ.

Ἀδήλου.

Αὐτὸ τὸ πῦρ καῦσαι διζήμενος οὗτος, ὁ νύκτωρ
τὸν καλὸν ἱμείρων λύχνον ἀναφλογίσαι,
δεῦρ᾽ ἀπ᾽ ἐμῆς ψυχῆς ἄναψον σέλας. ἔνδοθι γάρ μοι
καιόμενον, πολλὴν ἐξανίησι φλόγα.

BERGIVS.

Huc properate omnes qui ardẽtem quæritis ignem,
Quos iuuat accenſam corde fouere facem.
Flammiger eſt animus, mea ſunt præcordia flamma,
Hinc lucem à noſtra ſumere mente licet.

¶ Huius argumenti eſt & hoc è lib. δ᾽.

οὗτος ὁ τὸν δαλὸν φυσῶν ἵνα λύχνον ἀνάψῃς,
δεῦρ᾽ ἐπ᾽ ἐμᾶς ψυχᾶς ἅψον. ὅλος φλέγομαι.

¶ Huc pertinent qui à Gellio citantur uerſus

POR



PORTII LICINII.

Cuſtodes ouium teneræq; propaginis agnum,
Quæritis ignem? ite huc. quæritis? ignis homo eſt.
Si digito attigero, incendam ſyluam ſimul omnem,
Omne pecus flamma eſt, omnia quæ uideo.

¶ Sed & præcedens ibidẽ. cũ ſit & ipſum feſtiuiſſimũ, nec multum abſit ab hoc argumento, ſubijciã.

AEDITVI.

Dicere cum conor curam tibi Pamphila cordis,
Quid mi abs te quæram, membra labris abeunt.
Per pectus miſerum manat ſubito mihi ſudor.
Si tacitus, ſubidus, duplo ideo pereo.

Ζηνοδότου.

Τίς γλύψας τὸν ἔρωτα, παρὰ κρήνῃσιν ἔθηκεν,
οἰόμενος παύσειν τοῦτο τὸ πῦρ ὕδατι.

IOAN. IORDANVS.

Fontibus appoſuit cæcum, qui ſculpſit, Amorem,
Illius ut fieret mitior ignis aqua.

ΕΡΩΣ ΔΡΑΠΕΤΗΣ, ΜΟΣΧΟΥ.

Ἁ Κύπρις τὸν Ἔρωτα τὸν υἱέα μακρὸν ἐβώστρει,
εἴ τις ἐνὶ τριόδοισι πλανώμενον εἶδεν Ἔρωτα,
δραπετίδας ἐμός ἐστιν. ὁ μανύσας γέρας ἑξεῖ.
μισθός τοι τὸ φίλαμα τὸ Κύπριδος. ἢν δ᾽ ἀγάγῃς νιν,
οὐ γυμνὸν τὸ φίλαμά τι δῶ ξένε, καὶ πλέον ἑξεῖς.
ἔστι δ᾽ ὁ παῖς περίσαμος. ἐν εἴκοσι πᾶσι μάθοις νιν.
χρῶτα μὲν οὐ λευκός, πυρὶ δ᾽ εἴκελος. ὄμματα δ᾽ αὐτῷ
δριμύλα, καὶ φλογόεντα. κακαὶ φρένες. ἁδὺ λάλημα,
οὐ γὰρ ἴσον νοέει καὶ φθέγγεται. ὡς μέλι φωνά.

ἦν δὲ χολᾷ, νόος ἐστὶν ἀνάμερος, ἠπεροπευτάς.
οὐδὲν ἀλαθεύων. δόλιον βρέφος. ἄγρια παίσδει.
εὐπλόκαμον τὸ κάρανον. ἔχει δ᾽ ἰταμὸν τὸ πρόσωπον.
μικκύλα μὲν τήνω τὰ χερύδρια, μακρὰ δὲ βάλλει,
βάλλει κεἰς ἀχέροντα, καὶ εἰς ἀΐδεω βασιλῆα.
γυμνὸς μὲν τό γε σῶμα, νόος δέ οἱ ἐμπεπύκασται.
καὶ πτερόεις ὅσον ὄρνις ἐφίπταται ἄλλοτ᾽ ἐπ᾽ ἄλλως
ἀνέρας ἠδὲ γυναῖκας. ἐπὶ σπλάγχνοις δὲ κάθηται.
τόξον ἔχει μάλα βαιόν. ὑπὲρ τόξω δὲ, βέλεμνον.
τυθὸν ἐὸν τὸ βέλεμνον. ἐς αἰθέρα δ᾽ ἄχρι φορεῖται.
καὶ χρύσεον περὶ νῶτα φαρέτριον. ἔνδοθι δ᾽ ἐντὶ
τοὶ πικροὶ κάλαμοι, τοῖς πολλάκι κἠμὲ τιτρώσκει.
πάντα μὲν ἄγρια, πάντα πολὺ πλεῖον δὲ ἡ αὐτοῦ.
βαιὰ λαμπὰς ἐοῖσα, τὸν ἅλιον αὐτὸν ἀναίθει.
ἢν τύ γ᾽ ἕλῃς τῆνον, δαμάσας ἄγε. μηδ᾽ ἐλεήσῃς.
κἢν ποτ᾽ ἴδῃς κλαίοντα, φυλάσσεο μή σε πλανήσῃ.
κἢν γελάῃ, τύ νιν ἕλκε. καὶ ἢν ἐθέλῃ σε φιλᾶσαι,
φεῦγε. κακὸν τὸ φίλαμα. τὰ χείλεα φάρμακον ἐντί.
ἢν δὲ λέγῃ, λάβε ταῦτα, χαρίζομαι ὅσσα μοι ὅπλα,
μήτι θίγῃς. πλάνα δῶρα. τὰ γὰρ πυρὶ πάντα βέβαπται.

## AMOR FVGITIVVS.

### ANGELVS POLITIANVS.

Cum Venus intento natum clamore uocaret,
Si quiſquam in triuijs errantem uidit Amorem,
Hic fugitiuus, ait, meus eſt, pretium feret index
Baſiolum Veneris. quòd ſi ad me duxerit illum,
Non ſimplex dabo baſiolum, plus hoſpes habebis.
Inſignis puer eſt, totam ac cognoſce figuram.

Corpore



Corpore non niueus, uerum ignem imitatur. ocelli
Acres, flammeoli, mala mens, ſuauiſſima uerba.
Quod loquitur non ſentit idem, uox mellea, ſed cum
Ira inflammatur, tum mens illi effera. fallax,
Fraudator, mendax, ludit crudele puellus.
Criſpulus eſt olli uertex, facieſq; proterua,
Exiguæq; manus. procul autem ſpicula torquet,
Torquet in umbriferũq; Acheronta, & regna ſilentũ.
Membra quidem nudus, mẽtem uelatus, auiſq;
More citans pennas, nunc hos, nunc aduolat illos,
Sæpe uiri preſſans præcordia, ſæpe puellæ.
Arcum habet exiguũ, ſuper arcu impoſta ſagitta eſt.
Parua ſagitta quidem, ſed cœlum fertur aduſq;,
Parua pharetra olli dependet & aurea tergo.
Sunt & amari intus calami, quibus ille proteruus
Me quoq; ſæpe ferit matrem: ſunt omnia ſæua,
Omnia, ſeq; ipſum multo quoq; ſæuius angit.
Paruula fax olli, ſed & ipſum hyperiona uincit.
Verbere ſe prendes age, ne miſerare puellum.
Si flentem aſpicias, ne mox fallare caueto.
Sin arridebit, magis attrahe: & oſcula ſi fors
Ferre uolet, fugito: ſunt noxia & oſcula, in ipſis
Suntq; uenena labris. Si fors ita dixerit, heus tu
Accipe, nempe tibi cuncta hæc mea largior arma.
Nequicquam attigeris fallacia munera Amoris:
Omnia nanq; igni ſunt infecta illius arma.

### ALITER.

Incerto Interprete.

Perdiderat natum genitrix Cytherea uagantem.
Anxia ſollicito quem dum per compita paſſu

Quærit

Quærit, ab excelſo tales canit aggere uoces:
Errabunda meus ueſtigia forte Cupido
Quà fugiens tulerit, quiſquis monſtrarit aperto
Indicio, huic merces Veneris libanda ferentur
Oſcula. captiuum ſi quiſquam adduxerit, illi
Mox aliquid gaudens ultra dabit oſcula mater.
Quo reperire queas puerum, bis dena dabuntur
Signa tibi, cautus memori quæ mente recondes.
Huic non candor in eſt: rubor igneus inficit omne
Corpus, & ardeſcunt acri contenta nitore
Lumina: nec dulces ſequitur mens ſubdola uoces.
Quippe hyblæa ſonus uincit dulcedine mella.
Sed male fallaci reſpondent pectore ſenſus.
Feruidus accenſa ſi quando exæſtuat ira,
Indomitos animos gerit, immanſuetaq; corda.
Seducit uerbis, nec uera fatebitur unquam.
Eſt puer ille quidem, magno ſed prouidus aſtu:
Ludit & interdum, ſed ludens ſeria tentat.
Dependent humeris criſpi certo ordine crines.
Nec pudor audaci, nec ineſt reuerentia uultu.
Sunt illi paruæq; manus, paruiq; lacerti.
Sed tamen exiguo longos de corpore iactus
Dirigit: ima ferum telo ſub tartara Ditem
Perculit, & regem manes ſenſere ſubactum,
Candida cum ſtygio rapta eſt Proſerpina curru.
Corpora nuda gerit nullo uelamine tectus,
Verum animus uario prudens ornatur amictu.
Præterea aligero ſuſpendens membra uolatu
Hinc nymphas petit, inde uiros: ultroq; receptus,
Viſceribus ſedem ſibi ponit & oſſibus imis.

Eſt bre



Eſt breuis huic arcus, ſed quo fatalis arundo
Vſq; ſub aſtra ſuum ſeruat propulſa tenorem.
Auratam cernes humero pendere pharetram,
Peſtiferosq; intus calamos, quibus impius ille
Ipſi ſæpe mihi lætalia uulnera fecit.
Omnia ſæua quidem, ſed cunctis ſæuius illud:
Dextra facem uibrat, miſeras quæ iacta medullas
Paſcitur: hæc ipſum ſolem ſuccenderet æſtu.
Hunc ſi nexilibus poteris conſtringere nodis
Duc arte uinctum, neu tu miſerare precantis:
Quamuis aſpicias manantia lumina fletu,
Decipiare caue: nec ſi ridentia cernas
Ora, graui iubeas laxari uincula nexu.
Quòd ſi te blandis inuitet ad oſcula uerbis,
Effuge: nam labris certum eſt habitare uenenum.
Si uero facili promittet uulnera uultu,
Telaq;, Gnoſiàcosq; arcus, pictamq; pharetram,
Noxia dona time, quicquid tetigere perurunt.

¶ Huc alluſit quum de ſe ipſo ſcriberet,

C. VRS. VELIVS.

Baſiolum merui Veneris. ſi friuola non ſunt
Verba deæ, ſeruat pollicitisq; fidem.
Nanq; per immenſum profugũ dum quęritat orbem
Filiolum, & triuijs errat in ambiguis.
Aequoreosq; aditus rimatur, & ardua cœli
Culmina, nec puerum repperit alma parens,
Inueni fugitiuum in me ſua tela nouantem
Intra formoſæ lumina Paſiphiles.
Prodere quem mens eſt, noſtris nanq; oſſibus ille
Ignem laſciuis implicat ex oculis.

Accen

Accenditq; malis crudelis amoribus ægrum.
Si prodo hunc duplici commoditate fruar.
Suauiolum Cytheræa dabit, me prenſus & ille
Deſinet occulta perdere ſæuitia.
Quòd ſi diua neget mortali baſia, tanti
Mi fuerit, ſi det figere Paſiphilæ.

¶ Operæpretium facturum me puto, ſi poſt Fugitiuum Amorem, eundem cruciatum adſcripſero.

AMOR CRVCIATVS, AVSONII.

Aeris in campis (memorat quos muſa Maronis)
Myrteus amentes ubi lucus opacat amantes,
Orgia ducebant Heroides: & ſua quæq;
Vt quondam occiderant, leti argumenta gerebant,
Errantes ſylua in magna, & ſub luce maligna
Inter arundineasq; comas, grauidumq; papauer
Et tacitos ſine labe lacus, ſine murmure riuos.
Quorum per ripas nebuloſo lumine marcent
Fleti olim regum & puerorum nomina flores,
Miratur Narciſſus, & Oebalides Hiacynthus,
Et Crocus auricomans, & murice pictus Adonis,
Et tragico ſcriptus gemitu Salaminius Aeas.
Omnia quæ lachrymis & amoribus anxia mœſtis
Exercent memores obita iam morte dolores:
Rurſus in amiſſum reuocant heroidas æuum.
Fulmineos Semele decepta puerpera partus
Deflet, & ambuſtas latera hæc per inania cunas
Ventilat ignauum ſimulati fulguris ignem.
Irrita dona querens, ſexu gauiſa uirili.
Mœret in antiquam Ceneis reuocata figuram.

Vulnera



Vulnera ſiccat adhuc Procris, Cephaliq; cruentam
Diligit & percuſſa manum: fert fumida reſtæ
Lumina Seſtiaca præceps de turre puella.
Et de nymboſo ſaltum Leucate minatur
Maſcula Lesbiacis Sappho peritura ſagittis.
Hermionæ cultus Eryphile mœſta recuſat
Infœlix nato, nec fortunata marito.
Tota quoq; aeriæ Minoia fabula Cretæ
Picturarum inſtar tenui ſub imagine uibrat,
Paſiphaë niuei ſequitur ueſtigia tauri.
Licia fert glomerata manu deſerta Ariadne.
Reſpicit abiectas deſperans Phædra tabellas.
Hæc laqueum gerit, hæc uanæ ſimulacra coronæ.
Dædaliæ pudet hanc latebras ſubiiſſe iuuencæ.
Præreptas queritur per inania gaudia noctes
Laodamia duas uiui functiq; mariti.
Parte truces alia ſtrictis mucronibus omnes
Et Tysbe & Canace, & Sydonis horret Elyſſa,
Cõiugis hæc, hęc patris, & hæc gerit hoſpitis enſem.
Errat & ipſa olim qualis per Latmia ſaxa
Endymionæos ſolita affectare ſopores
Cum face & aſtrigero diademate Luna bicornis.
Centum aliæ ueterum recolentes uulnera amorum,
Dulcibus & mœſtis refouent tormenta querelis.
Quas inter medias furuæ caliginis umbram
Diſpulit inconſultus Amor ſtridentibus alis,
Agnouere omnes puerum, memoriq; recurſu
Communem ſenſere reum: quanquam humida circũ
Nubila, & auratis fulgentia cingula bullis,
Et pharetram rutilæ fuſcarent lampados ignem,

Agno

Agnoſcunt tamen,& uanum uibrare uigorem
Occipiunt,hoſtemq́; unum loca non ſua nactum
Cum pigros ageret denſa ſub nocte uolatus,
Facta nube premunt,trepidantem & caſſa parantem
Suffugia,in cœtum mediæ traxere cateruæ.
Eligitur mœſto myrtus notiſſima luco
Inuidioſa deûm pœnis:cruciauerat illic
Spreta olim memorẽ Veneris Proſerpina Adonin,
Huius in excelſo ſuſpenſum ſtipite Amorem
Deuinctum poſt terga manus,ſubſtrictaq́; plantis
Vincula mœrentem nullo moderamine pœnæ
Afficiunt:reus eſt ſine crimine,iudice nullo
Accuſatus Amor:ſe quiſq́; abſoluere geſtit,
Transfert & proprias aliena in crimina culpas.
Cunctæ exprobrantes tolerati inſignia læti
Expediunt:hæc arma putant,hæc ultio dulcis.
Vt quo quæq́; perit,ſtudeat punire dolorem.
Hæc laqueum tenet,hæc ſpeciem mucronis inanem,
Ingerit illa cauos amnem rupemq́; fragoſam,
Inſaniq́; metum pelagi,& ſine fluctibus æquor.
Nonnullæ flammas quatiunt,trepidoq́; minantur
Stridentes nullo igne faces,reſcindit ad ultum
Myrrha uterum lachrymis lugentibus,inq́; pauẽtem
Gemmea fletiferi iaculatur ſuccina trunci.
Quædam ignoſcentum ſpecie ludibria tantum
Sola uolunt,ſtilus ut tenuis ſub acumine puncti
Eliciat tenerum(de quo roſa nata)cruorem:
Aut pubi admoueant petulantia lumina lychni.
Ipſa etiam ſimili genitrix obnoxia culpæ
Alma Venus tantos penetrat ſecura tumultus,





Nec circumuento properans ſuffragia nato
Terrorem ingeminat,ſtimuliſq́; accendit amaris
Ancipites furias,natiq́; in crimina confert
Dedecus ipſa ſuum,quòd uincula cæca mariti
Deprenſo Mauorte tulit,quòd pube pudenda
Helleſpontiaci ridetur forma Priapi.
Quòd crudelis Eryx,quòd ſemiuir Hermaphroditus.
Nec ſatis in uerbis,roſeo Venus aurea ſerto
Mœrentem pulſat puerum,& grauiora pauentem
Olli purpureum multato corpore rorem
Sutilis expreſſit crebro roſa uerbere,quæ iam
Vincta prius,traxit rutilum magis ignea fucum.
Inde truces cecidere minæ,uindictaq́; maior
Crimine uiſa ſuo Venerem factura nocentem.
Ipſæ intercedunt heroides,& ſua quæq́;
Funera crudeli malunt adſcribere fato.
Tum grates pia mater ait,ceſſiſſe dolentes
Et condonatas puero dimittere culpas.
Talia nocturnis olim ſimulachra figuris
Exercent trepidam caſſo terrore quietem.
Quæ poſtquam multa perpeſſus nocte Cupido,
Effugit,pulſa tandem caligine ſomni
Euolat ad ſuperos,portaq́; euadit eburna.

¶Sed & eundem κηριοκλέπτην,ordinis apud Theocritum,hic argumenti ratione ſubiungam.

## ΕΡΩΣ ΚΗΡΙΟΚΛΕ΄ΠΤΗΣ.
## ΘΕΟΚΡΙΤΟΥ.

Τὸμ κλέπτὰμ ποτ' Ερωτα κακὰ κέντασε μέλισσα
κηρίομ ἐκ σίμβλωμ συλεύμενομ, ἄκρα δὲ χειρῶμ

δάκτυλα πάνθ' ὑπένυξεν. ὁ δ' ἄλγεε, καὶ χέρ' ἐφύσση
καὶ τὰν γᾶν ἐπάταξε, καὶ ἅλατο. τᾷ δ' ἀφροδίτᾳ
δεῖξεν τὰν ὀδύναν, καὶ μέμφετο, ὅττι γε τυτθόν
θηρίον ἐντὶ μέλισσα, καὶ ἁλίκα τραύματα ποιεῖ.
χ' ἁ μάτηρ γελάσασα, τί δ' οὐκ ἴσον ἐσσὶ μελίσσαις;
χ' ὡ τυτθὸς μὲν ἔης, τὰ δὲ τραύματα ἁλίκα ποιεῖς.

AMOR MELLILEGVS.

C. VRS. VELIVS.

Nuper apis furem pupugit uiolenter Amorem
Ipſum ex alueolis clàm mella fauosq; legentem:
Cui ſummos manuum digitos confixit, at ille
Indoluit, læſæ tumuerunt uulnere palmæ.
Planxit, humum & ſaltu crepitans pulſauit, & ipſi
Oſtendens Veneri caſum narrauit acerbum,
Queſtus apem exiguam uolucrem tã uulnera magna
Poſſe dare, huic ridens genitrix, tu paruulus inquit
Nunquid apum ſimilis, qui das quoq; uulnera tanta.

INCER. INTERP.

Subdola apis quondam furtiuum eluſit Amorem,
Dulces nanq; fauos Veneris ſublegit ab alueo.
Senſit apis, ſtimulumq; ſuo de uentre reducens,
Furaces digitos telo multauit acuto.
Triſtis Amor doluit, mollíq; afflamine palmas
Demulcens terram tetigit, ſimul extulit alis,
Et charæ uulnus genitrici oſtendit apertum,
Indignatus, apis uolucris quòd paruula, tantum
Incuteret uulnus, tantoq; dolore grauaret.
Cui Venus arridens, apibus te comparo dixit,
Paruus enim es, tamen infligis non uulnera parua.

PHI-



PHILIP. MELANCHTHON.

E paruo alueolo furantem mella procacem
Fixit apis puerum Veneris, digitosq; tenellos
Vulnere non uno lacerauit ſaucia læſo
Intumuitq; manus, uerum puer ipſe doloris
Impatiens, plodensq; ſolum pernicibus alis
Subuolat ad matrem, digitos monſtratq; cruentos,
Quantula, ait, uolucris mortalia uulnera fecit.
Mater ait ridens, tantillus qualia ſæpe
Vulnera das puer, ac apibus non corpore præſtas.

IOACHIMVS CAMERARIVS.

Forte fauos puerum prædantem, infeſta, uolucrem
Punxit apis, ſtimulumq; recenti in uulnere liquit.
Ergo extrema manus digitusq; tumebat ab ictu.
Ipſe ſolum plodens pedibus, ſuper aera fertur,
Et Veneri lacera ſuffuſum carne cruorem
Oſtendit, queſtus ſaniem ſæuosq; dolores,
Ac nihili, tantum, uermis infligere uulnus.
Cui mater ridens, at tu chariſſime nate
Robore quantillo quantas, ait, edere ſtrages
Sæpe ſoles, apibus paruo diſcrimine præſtans.

IACOBVS MYCILLVS.

Forte petiturus ueniebat mella Cupido
Hinc ubi ſpiranteis apis ædificarat aceruos.
Iamq; manus teneris admouerat ille cauernis.
Cum ſubito inuadens apis illius ordine ſummos
Compungit digitos, & ſignat cuſpide furem.
Saucius hinc refugit, magis ac magis ille doloris
Impatiens, terramq; quatit, pedibusq; reſultat,
Et tumidos matri digitos & uulnera monſtrans,

E 2 Vulnus

Vulnus, ait, faciat tam ſæuum parua uolucris?
Cui genitrix blanda reſpondit talia uoce:
Tu quoq; nonne apibus paruo diſcrimine præſtas,
Immenſumq́; facis uulnus non magne Cupido?

¶ Libet hic παρὰ τῆς ὁδοῦ diuagari paululum, adſcribereq́;, quando in Theocritum incidimus, eius poetæ Charites ipſas, hoc eſt Idyllion ιϛ'. digniſſimum ſanè ob Muſarum adeoq́; bonarum literarum encomium, quod ſedulis ſtudioſæ iuuentutis manibus teratur.

## ΧΑΡΙΤΕΣ, Η ΙΕΡΩΝ.

Αἰεὶ τοῦτο Διὸς κούραις μέλει, αἰὲν ἀοιδαῖς
ὑμνεῖν ἀθανάτους, ὑμνεῖν ἀγαθῶν κλέα ἀνδρῶν.
μῶσαι μὲν θεαὶ ἐντί, θεοὺς θεαὶ ἀείδοντι.
ἄμμες δὲ βροτοί, οἵδε βροτοὺς βροτοὶ ἀείδωμεν.
τίς γὰρ τῶν, ὁπόσοι γλαυκὰν ναίουσιν ὑπ' ἠῶ,
ἡμετέρας χάριτας πετάσας ὑποδέξεται οἴκῳ
ἀσπασίως, οὐδ' αὖθις ἀδωρήτους ἀποπέμψει.
αἱ δὲ σκυζόμεναι γυμνοῖς ποσὶν οἴκαδ' ἴασι,
πολλά με τωθάσδοισαι, ὅτ' ἀλητείην ἦνθον.
ὀκνηραὶ δὲ πάλιν κενεᾶς ἐν πυθμένι χηλοῦ
ψυχροῖς ἐν γονάτεσσι κάρη μίμνοντι βαλοῖσαι
ἔνθα αὐή σφιν ἕδρη, ἐπὰν ἄπρακτοι ἵκοντι
τίς τῶν νῦν τοιόσδε; τίς εὖ εἰπόντα φυλασσεῖ;
οὐκ οἶδ', οὐ γὰρ ἔτ' ἄνδρες ἐπ' ἔργοις, ὡς πάρος, ἐσθλοῖς
αἰνεῖσθαι σπεύδοντι. νενίκηνται δ' ὑπὸ κερδέων,
πᾶς δ' ὑπὸ κόλπου χεῖρας ἔχων, πόθεν αὔξεται ἀθρεῖ
ἄργυρον. οὐδέ κεν ἰὸν ἀποτρίψας τινὶ δοίη,

ἀλλ'



ἀλλ' εὐθὺς μυθεῖται ἀπωτέρω ἢ γόνυ κνάμα.
αὐτῷ μή τι γένοιτο. θεοὶ τιμῶσιν ἀοιδούς.
τίς δέ κεν ἄλλου ἀκούσαι, ἅλις πάντεσσιν Ὅμηρος.
οὗτος ἀοιδῶν λῷστος. ὃς ἐξ ἐμεῦ οἴσεται οὐδέν.
δαιμόνιοι. τί δὲ κέρδος ὁ μυρίος ἔνδοθι χρυσὸς
κείμενος, οὐχ ὧδε πλούτου φρονέουσιν ὄνασις,
ἀλλὰ τὸ μὲν ψυχᾷ, τὸ δὲ καί τινι δοῦναι ἀοιδῶν.
πολλοὺς δ' εὖ ἔρξαι πηῶν, πολλοὺς δὲ καὶ ἄλλων
ἀνθρώπων. αἰεὶ δὲ θεοῖς ἐπιβώμια ῥέζειν.
μὴ δὲ ξεινοδόκον κακὸν ἔμμεναι, ἀλλὰ τραπέζῃ
μειλίξαντ' ἀποπέμψαι, ἐπὰν ἐθέλῃ τινέεσθαι.
μουσάων δὲ μάλιστα τίειν ἱεροὺς ὑποφήτας.
ὄφρα καὶ εἰν ἀΐδαο κεκρυμμένος ἐσθλὸς ἀκούσῃς,
μηδ' ἀκλεὴς μύρηαι ἐπὶ ψυχροῦ ἀχέροντος,
ὡς εἴτις μακέλῃ τετυλωμένος ἔνδοθι χεῖρας
δεινὴν ἐκ πατέρων πενίην ἀκτήμονα κλαίων.
πολλοὶ ἐν ἀντιόχοιο δόμοις καὶ ἄνακτος ἀλεύα,
ἁρμαλιὴν ἔμμηνον ἐμετρήσαντο πενέσται.
πολλοὶ δὲ σκοπάδαισιν ἐλαυνόμενοι ποτὶ σακὸν
μόσχοι σὺν κεραοῖσιν ἐμυκήσαντο βόεσσι.
μυρία δ' ἂν πεδίον κρανώνιον ἐνδιάασκον
ποιμένες ἔκκριτα μῆλα φιλοξείνοισι κρεώνδαις
ἀλλ' οὔ σφιν τῶν ἦδος, ἐπεὶ γλυκὺν ἐξεκένωσαν
θυμὸν, ἐς εὐρεῖαν σχεδίαν στυγνοῦ ἀχέροντος.
ἄμναστοι δὲ τὰ πολλὰ καὶ ὄλβια τῆνα λιπόντες
δειλοῖς ἐν νεκύεσσι μακροὺς αἰῶνας ἔκειντο.
εἰ μὴ δεινὸς ἀοιδὸς ὁ κήϊος αἰόλα φωνῶν

 βάρβιτον

βάρβιτον ἐς πολύχορδον ἐν ἀνδράσι θῆκ' ὀνομαστὸς
ὁπλοτέροις, τιμὰς δὲ καὶ ὠκέες ἔλλαχον ἵπποι.
οἵ σφιν ἐξ ἱερῶν στεφανηφόροι ἦνθον ἀγώνων.
τίς δ' ἂν ἀριστῆας λυκίων ποτὲ, τίς κομόωντας
πριαμίδας, ἢ θῆλυν ἀπὸ χροιᾶς κύκνον ἔγνω,
εἰ μὴ φυλόπιδας προτέρων ὕμνησαν ἀοιδοί.
οὐδ' ὀδυσεὺς ἑκατόν τε καὶ εἴκατι μῆνας ἀλαθεὶς
πάντας ἐπ' ἀνθρώπους, ἀίδαν τ' εἰς ἔσχατον ἐλθὼν
ζωὸς, καὶ σπήλυγγα φυγὼν ὀλοοῖο κύκλωπος.
δηναιὸν κλέος ἔσχεν, ἐσιγάθη δ' ἂν ὑφορβὸς
εὔμαιος. καὶ βουσὶ φιλοίτιος ἀμφ' ἀγελαίαις
ἔργον ἔχων, αὐτός τε περίσπλαγχνος λαέρτης,
εἰ μὴ σφᾶς ὤνασαν ἰάονος ἀνδρὸς ἀοιδαί.
ἐκ μοισᾶν ἀγαθὸν κλέος ἔρχεται ἀνθρώποισι.
χρήματα δὲ ζώοντες ἀμαλδύνουσι θανόντων.
ἀλλ' ἶσος γὰρ ὁ μόχθος ἐπ' ἀϊόνι κύματα μετρεῖν,
ὅσσ' ἄνεμος χέρσονδε μετὰ γλαυκᾶς ἁλὸς ὠθεῖ,
καὶ ὕδατι νίζειν θολερὰν ἰοειδεῖ πλίνθον,
καὶ φιλοκερδείη βεβλαμμένον ἄνδρα παρελθεῖν,
χαιρέτω ὅστις τοῖος, ἀνήριθμος δέ οἱ εἴη
ἄργυρος, αἰεὶ δὲ πλεόνων ἔχοι ἵμερος αὐτόν.
αὐτὰρ ἐγὼ τιμήν τε καὶ ἀνθρώπων φιλότητα
πολλῶν ἡμιόνων τε καὶ ἵππων πρόσθεν ἑλοίμαν.
δίζημαι δέ τινι θνατῶν κεχαρισμένος ἔνθω
σὺν μοίσαις. χαλεπαὶ γὰρ ὁδοὶ τελέθουσιν ἀοιδᾶν,
μουσάων ἀπάνευθε διὸς μεγάλου βασιλῆος.
οὔπω μῆνας ἄγων ἔκαμ' οὐρανὸς οὐδ' ἐνιαυτούς.

πολ



πολλοὶ κινήσουσιν ἔτι τροχὸν ἅρματος ἵπποι.
ἔσσεται οὗτος ἀνὴρ, ὃς ἐμοῦ κεχρήσετ' ἀοιδοῦ
ῥέξας, ἢ ἀχιλεὺς ὅσσον μέγας, ἢ βαρὺς αἴας
ἐν πεδίῳ σιμόεντος, ὅθι φρυγὸς ἠρίον ἴλου.
ἤδη νῦν φοίνικες ὑπ' ἠελίῳ δύνοντι
οἰκεῦντες λιβύας ἄκρον σφυρὸν, ἐρρίγασιν.
ἤδη βαστάζουσι συρακόσιοι μέσα δοῦρα,
ἀχθόμενοι σακέεσσι βραχίονας ἰτείνοισιν.
ἐν δ' αὐτοῖς ἱέρων, προτέροις ἴσος ἡρώεσσι
ζώννυται, ἱππείαι δὲ κόρυν σκεπάουσιν ἔθειραι.
αἲ γὰρ ζεῦ κύδιστε πάτερ, καὶ πότνι' ἀθάνα,
κώρη θ' ἣ σὺν ματρὶ πολυκλήρων ἐφυραίων
εἴληχας μέγα ἄστυ παρ' ὕδασι λυσιμελείας,
ἐχθροὺς ἐκ νάσοιο κακαὶ πέμψειαν ἀνάγκαι
σαρδόνιον κατὰ κῦμα, φίλων μόρον ἀγγέλλοντας
τέκνοις ἠδ' ἀλόχοισιν, ἀριθματοὺς ἀπὸ πολλῶν.
ἄστεά τε προτέροισι πάλιν ναίοιντο πολίταις,
δυσμενέων ὅσα χεῖρες ἐλωβήσαντο κατ' ἄκρας.
ἀγροὺς δ' ἐργάζοιντο τεθαλότας. ἠδ' ἀνάριθμοι
μήλων χιλιάδες βοτάναις διαπιανθεῖσαι,
ἂν πεδίον βλήχοιντο, βόες δ' ἀγεληδὸν ἐς αὖλιν
ἐρχόμεναι σκνιπαῖον ἐπισπεύδοιεν ὁδίταν
νεοὶ δ' ἐκπονέοιντο ποτὶ σπόρον, ἁνίκα τέττιξ
ποιμένας ἐνδίους πεφυλαγμένος ἔνδοθι δένδρων
ἀχεῖ ἐν ἀκρεμόνεσσιν. ἀράχνια δ' εἰς ὅπλ' ἀράχναι
λεπτὰ διαστήσαιντο, βοᾶς δ' ἔτι μηδ' ὄνομ' εἴη.
ὑψηλὸν δ' ἱέρωνι κλέος φορέοιεν ἀοιδοὶ,

 καὶ

καὶ πόντου σκυθικοῖο πέραν, καὶ ὅπη πλατὺ τεῖχος
ἀσφάλτῳ δήσασα σεμίραμις ἐμβασίλευεν
εἷς μὲν ἐγὼ πολλοὺς δὲ διὸς φιλέοντι καὶ ἄλλους
θυγατέρες, τοῖς πᾶσιν ἴκοι σικελὴν ἀρέθοισαν
ὑμνεῖν σὺν λαοῖσι, καὶ αἰχμητὰν ἵρωνα.
ὦ ἐτεόκλειοι χάριτες θεαὶ, αἳ μινύειον
ὀρχομενὸν φιλέοισαι ἀπεχθόμενόν ποτε θήβαις,
ἄκλητος μὲν ἐγὼ μένοιμί κεν, ἐς δὲ καλεύντων,
θαρσήσας μοίσαισι σὺν ἁμετέρῃσιν ἱκοίμαν.
καλλείψω δ' οὐδ' ὔμμε. τί γὰρ χαρίτων ἀγαπατὸν
ἀνθρώποις ἀπάνευθεν, ἀεὶ χαρίτεσιν ἅμ' εἴην.

Donauit Latio primus nuper,
IACOBVS MYCILLVS.

Cura Iouis ſoboli, muſis hæc una canoris
Carmine mortales extollere, carmine diuos
Factaq; clara uirûm ſuperas efferre ſub auras.
Ac diuæ diuos muſæ, diuinaq; cantant,
Nos homines hominum celebramus facta poetæ.
At nunc immenſo nemo ſic uiuit in orbe
Vt Charites grato uenienteis limine noſtras
Accipiat foueatq; lubens, aut munera donet.
Sed ſimul ac iuſſas aliquò mittuntur ad ædes,
Mox redeunt triſtes, nudo pede, multa querentes
Deq; uia uana, de fruſtratoq; labore,
Atq; ita ſub uacuas iterum ſua limina capſas
Affectæ ſubeunt, uix iam capita ægra trahentes.
Hæc etenim ſedes quoties eluſa remiſit,
Re, ſpes, infecta, frigentes excipit illas.





Nã quis adhuc muſas amat, aut quis tẽpore noſtro
Digna referre cupit facundæ præmia linguæ?
Haud facile inuenies, neq; enim uelut ante ſolebant
Mortales faciunt, quæ laudem facta merentur.
Sed pariter cunctos ſcelerata pecunia uicit:
Ac taciti ſub ueſte manus clauduntq; premuntq;
Dum quiſq; intentis oculis circumſpicit aurum
Vnde ferat, quantumq; ferat, nec donat amico
Vel quantum recidit deterſa erugine quiſquam.
Sed propius quàm ſura genu mihi ſcilicet, inquit:
Si petis, & dederis tute, ipſe ego ſumere malim.
Ac potius ſuperi reddant ſua dona poetis.
Hinc alius ſolus ſatis eſt, reſpondet, Homerus
Omnibus, & nobis doctiſſimus ille poeta eſt
Qui minimum poſcet, qui nil afferre rogabit.
O miſeros homines, quid plena conditus arca
Theſaurus iuuat, & multo congeſtus aceruo?
Non hic uſus opum, ſed qui ſapientius illis
Vtitur, has genio partes, has ſumet amicis,
Multaq; cognatis faciet bene, multa poetis
Atq; hominum reliquis, quorum res poſcet & uſus.
In primis ſuperûm donis uenerabitur aras,
Hoſpitioq; lubens acceperit urbis egentem
Et patriæ atq; iterum placide dimittet euntem,
Cum uolet, acceptum lauto ſermone ciboq;,
Pieridumq; colet ſacros ante omnia uates,
Vt bene ſub Stygijs uel mortuus audiat umbris.
Nec fleat obſcurus, reſidens Acherontis ad undam,
Vt qui pauperiem uacuo deplorat in agro
Confectus longo ſquallentia membra labore,

Triſtia calloſis manibus cum ſarcula iactat.
Antiochus magno, magno regnabat Aleuas
Imperio, Peneus qua Theſſala circuit arua.
Illis mille domi famulæ data penſa trahebant,
Et totidem tulerant demenſa diurna miniſtri.
Multa boum montes ibant armenta per altos
Hæmoniæ, & uirides nemoroſa cacumina ſyluas
Multæ cum teneris errabant matribus agnæ,
Diuitiæ regum, læto Cranonis in agro.
Aſt ea tantarum rerum tam chara uoluptas
Cuncta abijt, poſtq; hi Stygiam tetigere carinam,
Et nunc obſcuri cæca Plutonis in aula
Poſt tot diuitias, poſt regna amiſſa iacerent,
Atq; eædem premerent nomen corpusq; tenebræ,
Ni tua Simonide feciſſent carmine notos
Et Scopadum leuibus ſonuiſſent nomina chordis.
Hæ quoq; dixerunt uolucrum certamen equorum
Partaq; in Elæo uictricia munera campo.
Quis Lycios ꝓceres, Glaucū aut Sarpedona noſſet
Troianos'ue duces, & canum tempora Cygnum?
Ni ueterum prouidi ſcripſiſſent bella poetæ.
Nec qui uiginti centumq; errauit Vlyſſes
Menſibus, atq; herebi pallentes uenit ad umbras.
Vnus & infandi terebrauit lumina monſtri
Trinacrij Cyclopis, in altæ rupibus Aetnæ,
Nomine tantus erat. Tu nunc Eumæe lateres,
Et tu qui errantis pauiſti armenta Philœti,
Laerteſq; tuum uix noſſent ſecula nomen,
Ni uos diuini ſeruaſſent carmine uates.
Carmine mortales pariunt nomenq; decusq;,





Quod neq; mors aufert, nec ſæui cymba Charontis.
Cum nudi ad cæcas omnes deſcendimus undas,
Et manet hæredi collecta pecunia uiuo.
Aſt idem pelagi ſterilem numerabit arenam
Quam gelidus ſicco congeſſit littore uentus,
Et lateris nitida ſordes abſterſerit unda,
Qui poterit lucri cupidas euincere mentes.
Quin longum ualeant qui ſic ſunt, & ſine fine
Et ſine menſura cumulent aurumq; lucrumq;,
Et maius maiusq; uelint, nec uelle quieſcant.
Aſt ego præ cunctis mulis, cunctiſq; caballis
Optarim laudem, & populi meruiſſe fauorem.
Verum aliquem grato qui nunc mea carmina uultu
Accipiat, quæro, neq; enim modo certa poetis
Stat fortuna, Ioue à muſis aliena agitante,
Nec dum uertenti ceſſarunt tempora mundo,
Aut ſua luciferi poſuerunt plauſtra iugales
Magnaq; adhuc ſupereſt uoluendis menſibus ætas
Atq; aliquis ueniet uenturis forſitan annis,
Qui uirtute potens per noſtræ carmina muſæ
Gaudeat ad ſeros nomen miſiſſe nepotes,
Dum faciet, magnus quæ quondam fecit Achilles,
Aut Telamone ſatus, Phrygij Simoentis ad undam
Laomedontiadæ tumulum quà circuit Ili.
Iamq; adeo extremis Lybiæ Carthago ſub oris
Tota tremit, magnis iterum conterrita bellis,
Bella Syracuſijs Hieron quæ cogit in agris
Heroum priſcas referens animoq; figuras
Et uultu galeam cauda criſtatus equina.
Quem circum Siculi decurrunt undiq; ciues

Sub medijsq; gemunt haſtis, clypeoq; ſaligno.
Iuppiter omnipotens atq; armis inclyta Pallas,
Quæq; Ephyreorum ſortita es ciuibus urbem
Facundæ profugis ſub margine Lyſimeleæ,
Alma Ceres, tuq; ò Cereris Proſerpina nata
Hoc facite, ut ualidis compreſſi uiribus hoſtes
Ortygiam trepidi linquant, fugiantq; relicta,
Sardinios inter tranantes æquora fluctus,
Diraq; coniugibus denarrent funera mœſtis,
Et Tyrios Siculo confoſſos enſe colonos.
Tum ſua deiecto reddantur mœnia ciui
Quæcunq; hoſtili fuerant direpta furore.
Atq; iterum curuo peraretur uomere tellus,
Et pecus herboſi rurſum per paſcua campi
Fecundis pariat balantes fœtibus agnos.
Ac pingues ſtabulis redeant cum ueſpere uaccæ
Grandia diſtento portantes ubera lacte.
Incipiant pulchra flauere noualia meſſe.
Cum canit, & uiridi ſuadet de fronde cicada,
Paſtores gelida recubant ſub arboris umbra.
Cumq; leuis cœptam pertexit aranea telam,
Impia tum ceſſent ipſo cum nomine bella.
At magnam pariant Hieroni carmina laudem,
Laudem quæ Scythici uolitet trans æquora ponti,
Atq; Semiramidis ſolida referatur in urbe.
Et quanquam Siculis uates ego ſolus in agris
Canto, tamen multis ſeruant ſua munera muſæ,
Qui laudes Arethuſa tuas, qui fortia facta,
Magnanimumq; Hierona ferent ad ſydera cantu.
O Etheocleis habitantia numina tectis,

Diuinæ



Diuinæ charites, quæ celſo è uertice quondam
Inuiſo Orchomeno ſpectaſtis mœnia Thebas,
Veſter ego obſcura cultor ſub nocte latere
Haud renuam, & poſſum perijſſe ignobilis orcum.
Sed tamen ex tanto numero nos ſi quis amarit
Atq; nocet, Muſis fretus comitantibus, ibo.
Vos q̃q; ubiq; ſequar, quid enim ſine numine ueſtro
Hoc toto pulchrum reſtat uel amabile mundo?
Vobiſcum Charites liceat mihi tempora uitæ,
Et uitam ueſtros inter finire lacertos.

Ad hæc alluſit in Hodœporico, idem
IACOBVS MYCILLVS.

Muſarum nulla eſt quæ uincat gloria laudem,
  Et Muſas homines & coluere dei.
Quis foret hoc æuo tantum laudatus Achilles,
  Amphilochiq; pater Telemachiq; pater.
An quiſquam noſſet ueteris monumenta Latini,
  Et ualida Turni prælia geſta manu.
Quis Fabios, quis Scipiadas, fortemq; Camillum,
  Quis noſſet Lybici triſtia bella ducis?
Si non Pierides ſeruaſſent omnia Muſæ,
  Nec longa ſinerent iſta perire mora.
Muſas ſemper ama, Muſæ laudemq; decusq;,
  Et famam, letho quæ caret una, ferunt.
Nec tibi ſi quando gemmas aurumq; probari
  Ante illas, cernes corda labare uelint.
Diuitiæ pereunt, pereunt ingentia tecta,
  Et pereunt aurum, purpura, ueſtis, ebur.
Adde, quod & multo ſunt hæc ſeruanda labore,
  Plenaq; curarum, plenaq; triſtitiæ.

Sola

Sola immortalis muſarum gloria uiuit
Nullæ illam uires, nulla ſenecta domat.

¶Atqui commonefacit me hic Hieronis inclyti filius Syracuſarum tyrranni memoria, ut & adijciam hymnum primum τῶν ὀλυμπιονίκων, quem in eius potiſſimum laudem cecinit Pindarus, nemini imitabilis uates: quem Latio donauit

MENRADVS MOLTHERVS.

ΙΕΡΩΝΙ ΣΥΡΑΚΟΥ-
σίῳ, κέλητι.
Εἶδος ά.

ΣΤΡΟΦΗ Α'.
κώλων ΙΖ'.

Ἄριστον μὲν ὕδωρ. ὁ δὲ
χρυσὸς, αἰθόμενον πῦρ
ἅτε διαπρέπει νυ-
κτὶ, μεγάνορος ἔξοχα πλού-
του.
εἰ δ' ἄεθλα γαρύεν
ἔλδεαι φίλον ἦτορ,
μηκέθ' ἁλίου σκόπει
ἄλλο θαλπνότερον
ἐν ἁμέρᾳ φαεννὸν ἄστρον
ἐρήμας δι' αἰθέρος.
μὴ δ' ὀλυμπίας ἀγῶνα
φέρτερον αὐδάσομεν.

HIERONI Regi Syracu-
ſano, equo uictori abeũti
primus hymnus cãtatus.

STROPHE I.
Membrorũ XVII.

Nihil præſtat aquæ qdẽ
Ignis utq; coruſcat
In tenebris micans, ſic
Super eximias opes au
rum eſt,
Siue clara olympica
Inde ſcribere ſperas,
Quærites ne lucidam,
In polo rutilo
Die micante, ſole ſtellã
Magis, pectus intimum.
Nec trophæa clariora
Quàm celebrãtur Piſæ,
Canere ſtatuimus.

Iudican



ὅθεν ὁ πολύφατος
ὕμνος ἀμφιβάλλεται
σοφῶν μητίεσι, κελαδεῖν
κρόνου παῖδ', ἐς ἀφνεὰν ἱκο-
μένους
μάκαιραν ἵερανος ἑστίαν.

ΑΝΤΙΣΤΡΟΦΗ,
κώλων ΙΣ'.

θεμιστεῖον ὃς ἀμφέπει
σκᾶπτον ἐν πολυμάλῳ
σικελίᾳ, δρέπων μὲν
κορυφὰς ἀρετᾶν ἀπὸ πα-
σᾶν
ἀγλαΐζεται δὲ καὶ
μουσικᾶς ἐν ἀώτῳ,
οἷα παίζομεν φίλαν
ἄνδρες ἀμφὶ θαμὰ
τράπεζαν. ἀλλὰ δωρίαν ἀ-
πὸ φόρμιγγα πασσάλου
λάμβαν', εἴ τι τοι πίσας τε
καὶ φερενίκου χάρις
νόον ὑπὸ γλυκυτά-
ταις ἔθηκε φροντίσιν.
ὅτε παρ' ἀλφεῷ σύτο, δέ-
μας
ἀκέντητον ἐν δρόμοισι παρέ-
χων.

Iudicantibus ſophis
Eius laus modica neq; e-
rit
Iouem qui colunt beata
Domo nũc Hieronis in-
clyti.

ANTISTROPHE
Mẽbrorũ XVII.

Regit qui Siculũ ſolum
Pingue, fertile, pulchrũ,
Candida ſceptra portãs,
Simul omnia ſumma uir
tutum
Continens, celebriter
Muſices quoq; callet
Gratiam piiſſimam,
Quà, epulis poſitis,
Viri colunt amice ami-
cos,
Lyram at modo arripe,
Mente ſi tua repoſta
Gaudia ſunt maxi-
ma,
Equidem equus abiens
Victor ex olympicis,
Rotæ ceu celeripe-
dis eſt
Rotatus, Syracuſa-
num

Trophæo

κράτει δὲ προσέμιξε δεσπό
τᾳν.

ΕΠΩΔΟΣ.

κώλων ΙΓ΄

συρακούσιον, ἱπποχάρμαν
βασιλῆα λάμπει
δέ οἱ κλέος παρ᾽ εὐάνορι λυ
δοῦ
πέλοπος, ἀποικίᾳ τοῦ μεγαθε-
νὴς
ἐράσατο γαιάοχος ποσει-
δῶν,
ἐπεί νιν καθαροῦ λέβητος
κλωθὼ, ἐλέφαντι φαίδιμον
ἔξελεν
ὦμον κεκαδμένον.
ἦ θαῦμα τὰ πολλά.
καί πού τι καὶ βροτῶν φρένα,
ὑπὲρ τὸν ἀληθῆ λόγον,
δεδαιδαλμένοι ψεύδεσι ποι
κίλοις
ἐξαπατῶντι μῦθοι.

ΣΤΡΟΦΗ Β΄.

χάρις δ᾽ ἅπερ ἅπαντα τεύ-
χει τὰ μείλιχα θνατοῖς
ἐπιφέροισα τιμὰν,
καὶ ἄπιστον ἐμήσατο πιστὸν

Trophæo decorauit in-
clytum.

EPODOS.

Membrorũ XIII.

Et illius honoris ingens
Micat inde fama
In inſula Lydi Helidæ
patria
Pelops, at hunc amauit
aquoſa re-
gna territenẽs qui regit
tridenti
Suo, cum tribuiſſet ex le-
bete pu-
ro tracto, humeros ebur
neos
Clotho, ſimul & prioris
munera uitæ.
Res mira ſic homũculos
Capi, ut phaleratas uelit
Inaneſq; ſic credere fabu
las,
Fallere quis decori eſt.

Membrorũ XVII.

Tamẽ gratia, cũcta quæ
Grata reddit in orbe,
Efficit, ut decore
Habito, ſimul ipſa creda
tur Ve-



ἔμμεναι τὸ πολλάκις.
ἁμέραι δ᾽ ἐπίλοιποι,
μάρτυρες σοφώτατοι.
ἔστι δ᾽ ἀνδρὶ φάμεν,
ἐοικὸς ἀμφὶ δαιμόνων κα-
λά. μείων γὰρ αἰτία.
υἱὲ ταντάλου, σὲ δ᾽ ἀντί-
α προτέρων φθέγξομαι.
ὁπότ᾽ ἐκάλεσε πα-
τὴρ τὸν εὐνομώτατον,
ἐς ἔρανον, φίλαν τε σίπυλον,
ἀμοιβαῖα θεοῖσι δεῖπνα πα-
ρέχων,
τότ᾽ ἀγλαοτρίαιναν ἁρπά-
σαι,

ΑΝΤΙΣΤΡΟΦΗ.

δαμέντα φρένας ἱμέρῳ,
χρυσέαισιν ἀν᾽ ἵπποις,
ὕπατον εὐρυτίμου
ποτὶ δῶμα διὸς μεταβᾶσαι.
ἔνθα δευτέρῳ χρόνῳ
ἦλθε καὶ γαννυμήδης
ζηνὶ τωὔτ᾽ ἐπὶ χρέος.
ὡς δ᾽ ἄφαντος ἔπε-
λες, οὐδὲ ματρὶ πολλὰ μαιό-
μενοι φῶτες ἄγαγον,
ἔννεπεν κρυφᾷ τις αὐτί-

Vera ſæpe fabula.
Porrò tempora teſtes
Sunt næ certiſsimi,
Quos nihil lateat.
Loqui eſt decens hone-
ſta de dijs,
Virum. Sic& culpa
non
Magna, ſi prioribus nũc
Dixero contraria.
Pater ubi uocitat
Cœlites ad eximi-
a conuiuiola Sipylo
(Vicẽ dijs ut exhiberet)
Triceps flumina qui re-
git, rapit.

Mẽbrorũ XVII.

Tuo captus amore, te
O' Pelops, reuehitq;
Aureo ad ipſa curru
Iouis altitonantis augu
ſta,
Hũc priore tempore
Venit & Ganymedes,
Vt Ioui ſeruiat,
Inde quærere ma-
ter, & diu quidem ſo-
lebat,
Nihil nuntius repor-
tat, Sed inuidus uicinus

καφθονερῶν γειτόνων,
ὕδατος ὅτι τε πυ-
ρὶ ζέοισαν ἀμφ᾽ ἀκμὰν
μαχαίρᾳ τάμον κατὰ μέλη,
τραπέζαισί τ᾽ ἀμφιδεύτατα
κρεῶν
σέθεν διεδάσαντο, καὶ φάγον.

ΕΠΩΔΟΣ.

ἐμοὶ δ᾽ ἄπορα γαστρίμαργον
μακάρων τίν᾽ εἰπεῖν,
ἀφίσταμαι. ἀκέρδεια λέλογχεν
θαμινὰ κακαγόρως. εἰ δὲ δή
τιν᾽ ἄν-
δρα θνατὸν ὀλύμπου σκοποὶ
ἐτίμα-
σαν, ἦν τάνταλος οὗτος. ἀλ-
λὰ γὰρ κατα-
πέψαι μέγαν ὄλβον οὐκ ἐδυ-
νάσθη. κόρῳ δ᾽ ἕλεν
ἄταν ὑπέροπλον,
τάν οἱ πατὴρ ὑπερκρέμα-
σε καρτερὸν αὐτῷ λίθον.
τὸν αἰεὶ μενοινῶν κεφαλῆς βα-
λεῖν,
εὐφροσύνας ἀλᾶται.

ΣΤΡΟΦΗ Γ᾽.

ἔχει δ᾽ ἀπάλαμον βίον

Clã hæc aliquis dixerat,
Aqua calida tua
Mẽbra quod reſoluerit,
Cruẽto at lacera gladio
Vbi facta, nempe car-
nis
Tuæ pinguiſſima deuo-
rata ſunt.
Mẽbrorũ XIII.
Sed haud mihi uidetur,
Aliquẽ deorũ (eſſe
Vt explicem ſubinde ſa
melicum
Fugio & abhorreo tale.
ſæpius
Lues mala blaſphemias
ſequuta eſt.
Honorãt aliquem ſub or
be cœlites
Si uſquam, nẽpe erat ipſe
Tantalus.
Hanc ſed beatita-
tem ferre recuſans,
Pœna rotante plectitur.
Super caput eſt maximus
Lapis quem cupit pelle-
re, Iuppiter
Nulla gaudia donat.
Membrorũ XVII.
At hæc uita fama, ſiti,
Stan



πῶν, ἐμπεδόμοχθον,
μετὰ τριῶν τέταρτον
πόνον. ἀθανάτους ὅτι κλέψας
ἁλίκεσσι συμπόταις
νέκταρ ἀμβροσίαν τε
δῶκεν, οἷσιν ἄφθιτον
θέσσαν. εἰ δὲ θεόν
ἀνήρ τις ἔλπεταί τι λαθέ-
μεν ἔρδων, ἁμαρτάνει.
τοὔνεκα προῆκαν υἱόν
ἀθάνατοί οἱ πάλιν
μετὰ τὸ ταχύποτμον
αὖθις ἀνέρων ἔθνος.
πρὸς εὐάνθεμον δ᾽ ὅτε φυὰν
λάχναι νιν μέλαν γένειον ἔρε-
φον.
ἑτοῖμον ἀνεφρόντισεν γάμον.

ΑΝΤΙΣΤΡΟΦΗ,

πισάτα παρὰ πατρὸς εὔ-
δοξον ἱπποδάμειαν
σχεθέμεν. ἄγχι δ᾽ ἐλθὼν
πολιᾶς ἁλὸς οἶος ἐν ὄρφνᾳ,
ἄπυεν βαρύκτυπον
εὐτρίαιναν. ὁ δ᾽ αὐτῷ
πὰρ ποσὶ σχεδὸν φάνη.
τῷ μὲν εἶπε. φίλι-
α δῶρα κυπρίας ἄγ᾽ εἴ τι

Stando perpetuo, ma-
net quoq;, tũ labor quar-
tus adeſt. Equidem ille
ſublegit
Et dedit ſodalibus
Nectar ambroſiamq;,
Quæ deis attinent,
Morte quis caret i-
pſe, prãdio ſuo. Deũ uir
Latere hoc quod egerit
Si qs exiſtimabit, errat.
Is labor, dijs filius
Placuit ut abeat
Rurſus ad genus ſuum,
Simul florigera ubi redi-
bat ætas, nigrumq; men
tum,
Futuras petit ipſe nu-
ptias.
Membrorũ XVII.
Piſam urbẽ ueniẽs factã,
Inde ut Hippodamiæ
Connubiũ repoſcat,
Mare ceruleum propè
inclamat
Nocte ſolus abdita
Supplici prece Neptun-
num Pelops, mox adeſt,
Si tibi Veneris
Ait benigna dona Neptũ

ποσειδᾶον ἐς χάριν
τέλλεται, πέδασον ἔγχος
οἰνομάου χάλκεον,
ἐμὲ δ' ἐπὶ ταχυτά-
των πόρευσον ἁρμάτων
ἐς ἆλιν, κράτει δὲ πέλασον.
ἐπεὶ τρεῖς γε καὶ δέκ' ἄνδρας
ὀλέσαις
ἐρῶντας, ἀναβάλλεται γάμον

ΕΠΩΔΟΣ.

θυγατρός. ὁ μέγας δὲ κίνδυ-
νος ἄναλκιν οὐ φῶ-
τα λαμβάνει. θανεῖν δ' οἷ-
σιν ἀνάγκα,
τί κέ τις ἀνώνυμον γῆρας ἐν
σκότῳ
καθήμενος ἕψοι μάταν, ἁπάν
των
καλῶν ἄμμορος; ἀλλ' ἐμοὶ
μὲν οὗτος
ἆθλός γ' ὑποκείσεται. τὺ δὲ
πρᾶξιν φίλαν δίδοι.
ὣς ἔννεπεν. οὐδ' ἀ-
κράντοις ἐφάψατ' ὦν ἔπεσ-
σι. τὸν μὲν ἀγάλλων θεός,
ἔδωκεν δίφρον χρύσεον. ἐν
πτεροῖ-

ne ſunt grata, te precor,
Nũc ferocis pellito haſtã
Oenomai principis,
Celeripedeq; ro=
ta ſubinde ſplendiſſe=
ra uictoria in Elide ſit
Mihi, Nam uiris nega=
uit
Peremptis tredecim ille
nuptias.

Membrorum XIII.

Pericula ſed ampla ne=
mo
Niſi fortis amplecti=
tur. Proinde cũ rapiat in
or=
be propere, quod tenet
ſpiritum, cruen=
ta mors, Quid inertẽ ſe=
quar ſenectam,
Et expers ſedeam perin=
de gloriæ?
Eſt propoſitum quidem
mihi
Certamen, at faue
Neptunne meis ce=
ptis, ſic ait, nec has pre=
inutiliter fuderat, (ces
Dedit nanq; currũ deus
aureum





σιν τ' ἀκάμαντας ἵππους.

ΣΤΡΟΦΗ Δ΄.

ἕλεν δ' οἰνομάου βίαν,
παρθένον τε σύνευνον.
ἃ τέκε λαγέτας ἓξ
ἀρεταῖσι μεμαλότας υἱούς.
νῦν δ' ἐν αἱμακουρίαις
ἀγλααῖσι μέμικται,
ἀλφεοῦ πόρῳ κλιθείς,
τύμβον ἀμφίπολον
ἔχων πολυξενωτάτῳ πα-
ρὰ βωμῷ. τὸ δὲ κλέος
τηλόθεν δέδορκε τᾶν ὀ-
λυμπιάδων, ἐν δρόμοις
πέλοπος. ἵνα ταχυ-
τὰς ποδῶν ἐρίζεται.
ἀκμαί τ' ἰσχύος θρασύπονοι.
ὁ νικῶν δὲ, λοιπὸν ἀμφὶ βίοτον
ἔχει μελιτόεσσαν εὐδίαν,

ΑΝΤΙΣΤΡΟΦΗ.

ἀέθλων γ' ἕνεκεν. τὸ δ' αἰ-
εὶ παράμερον ἐσλὸν,
ὕπατον ἔρχεται παν-
τὶ βροτῶν. ἐμὲ δὲ στεφανῶσαι
κεῖνον ἱππικῷ νόμῳ
αἰοληΐδι μολπᾷ
χρή. πέποιθα δὲ ξένον

Illi, & equos rotantes.

Membrorum XVII.

Proinde Oenomaum do
mat,
Virginem ſibi iungit
Connubio, illa ſex ge=
nuit egregios ſtudẽtes uir
tutibus duces. Cele=
bratur ergo perenni
Laude, ſpectaculis
Inclytis, equidem
In Alphæo eius eſt ſepul
chrum,
Frequẽs q; caterua per=
luſtrat. hic et ara, ſacra
Qua peragunt aduenæ.
Ibi celeripedes,
Viribusq; fortibus,
Coronã accipere cupiũt
Viri, uictor unde gaude
re uitæ reliquos diespõt.

Membrorũ XVII.

Adeſt omnibus illa præ=
ſens dies recolenda,
Optima, tum ſuprema,
Sed & interitura nun
quam. Nunc
Eſt neceſſe, ut & cele=
bremus hunc Hieronem
Debitis laudibus,

μή τιν᾽ ἀμφοτέρα
καλῶν τε ἴδριν ἄλλον καὶ δύ-
ναμιν κυριώτερον,
τῶν γε νῦν, κλυταῖσι δαιδα-
λωσέμεν ὕμνων πτυχαῖς.
θεὸς ἐπίτροπος ἐ-
ὼν, τεαῖσι μήδεται
ἔχων τοῦτο κῆδος ἱέρων
μερίμναισιν. εἰ δὲ μὴ ταχὺ
λίποι,
ἔτι γλυκυτέραν κεν ἔλπο-
μαι.

ΕΠΩΔΟΣ.

σὺν ἅρματι θοῷ κλεΐξειν,
ἐπίκουρον εὑρὼν
ὁδὸν λόγων, παρ᾽ εὐδείελον
ἐλθὼν
Κρόνιον. ἐμοὶ μὲν ὧν μοῖσα
καρτερώ-
τατον βέλος ἀλκᾷ τρέφει.
ἐπ᾽ ἄλλοι-
σι δ᾽ ἄλλοι μεγάλοι. τὸ δ᾽ ἔ-
σχατον, κορυ-
φοῦται βασιλεῦσι. μηκέτι
πάπταινε πόρσιον.
εἴη σέ τε τοῦτον
ὑψοῦ χρόνον πατεῖν, ἐμέ

*Nemo porrò alius*
*Vt inde ſpero ſurget bo*
*ſpes,*
*Et ampla ſcientia*
*Qui peritus, atq; rerum*
*Cognitione, explicet*
*Celebriter hodie*
*Hunc uirum integerri-*
*mum.*
*Fauet ſollicita ut Hiero*
*Canem te benigna curis*
*Tuis Muſa, aderitq́;*
*dulcior.*
*Mēbrorū* XIII.
*Sonus, celerius Piſam*
*cum*
*Venerim ad celebrem*
*Viamq́; te meis ibi nu-*
*meris*
*Adhibuerim, mihi Muſa*
*nunc quidem*
*Dat undiq; uelox perin*
*de telum.*
*Micent clari alij, ſubin-*
*de rebus or-*
*natis alijs, at ipſe*
*rex*
*Faſtigium tenet.*
*Nil altius optes,*
*Hac oro dignitate tem-*
*pus*



τε τοσσάδε νικαφόροις
ὁμιλεῖν, πρόφαντον σοφίαν
καθ᾽ Ἕλ-
λανας ἐόντα παντᾷ.

*pus ut peragas, & mihi*
*Per omnem inclyto pan*
*gere Græciam*
*Nunc liceat trophæum.*

Τίνας ἂν εἴποι λόγους πρὸς Ἔρωτα
Πασιφάη ἐρῶσα τοῦ ταύρου.

Εἰ ποθέειν μ᾽ ἐδίδαξας ἐν οὔρεσι ταῦρον ἀλήτην,
μυκηθμόν με δίδαξον, ὅπως φίλον ἄνδρα καλέσσω.

IOAN. SOTER.

Si libuit ſequerer fugientem ut in auia taurum,
Mugitum decuit te addere diue mihi.

IDEM.

Te errantem placuit ſi me inſequi in auia taurum,
Mugitum, ut uocitem, adde Cupido mihi.

MARVLLVS.

Cum male formoſum ſequeretur in auia taurum,
Sic Venerem contra Gnoſia queſta feram eſt:
Si mihi bos fuerat dea uir te dante futurus,
Cur non inſanæ Prætidos ora dabas?

Ζηνοδότου.

Τίς γλύψας τὸν ἔρωτα, παρὰ κρήνῃσιν ἔθηκεν,
οἰόμενος παύσειν τοῦτο τὸ πῦρ ὕδατι.

IANVS LASCARIS.

Quis puerū Veneris ſtatuit prope fluminis hauſtus?
Prouidus, hanc flammam ſcilicet unda premet.

ΕΙΣ ΕΥΣΕΒΕΙΑΝ.

Καρπυλλίδου.

Ἰχθύας ἀγκίστρῳ τίς ἀπ᾽ ᾐόνος εὔτριχι βάλλων

εἵλκυσε ναυηγοῦ κρᾶτα λιποτριχέα.
οἰκτείρας δὲ νέκυν τὸν ἀσώματον, ἐξ ἀσιδήρου
χειρὸς ἐπισκάπτων, λιτὸν ἔχωσε τάφον.
εὗρε δὲ κευθόμενον χρυσοῦ κτέαρ. ἦ ῥα δικαίοις
ἀνδράσιν εὔσεβίης οὐκ ἀπόλωλε χάρις.

C VRS. VELIVS.

Capturo piſces hamata in littore ſeta
Naufraga forte hominis calua prehenſa fuit.
Qui caput auulſum membris miſeratus, inermi
Proſubigens fecit uilia buſta manu.
Pondus ubi infoſſi terræ graue repperit auri.
Gratia ſic iuſtis nulla boniſq; perit.

ΕΙΣ ΕΥΤΥΧΙΑΝ.

Αντιπάτρου.

Η καὶ ἔτ' ἐκ βρέφεος κοιμωμένη Αντιοδημὶς,
πορφυρέων παφίης νοσσὶς ἐπὶ κροκίδων,
ἡ τακεραῖς λεύσσουσα κόραις μαλακώτερον ὕπνον,
λυσίδιος ἀλκυὼν τερπνὸν ἄθυρμα μέθυς,
ὑδατίνους φορέουσα βραχίονας, ἣ μόνη ὀστοῦν
οὐ λάχεν, ἦν γὰρ ὅλη τοῖν ταλάροισι γάλα,
ἰταλίην ἤμειψεν, ἵνα πτολέμοιο, καὶ αἰχμῆς,
ἀμπαύσῃ ῥώμην μαλθακίνῃ χάριτι.

IO. BAP. PIVS.

Cum Veneris puero mollis ruit Antiodemis,
Cui data laſciuis pulchra crocota modis
Irriguo ſomno, flammantibus atq; papillis,
Cum ludo ebrietas corda hominum domuit.
Hæc dulce alloquium, tremuliq; coagula lactis

Ore



Ore gerens molli & brachia diua manu
Italiam inuaſit, hinc ſudor & arma puellæ
Ceſſerunt. Romam ſic charis una domat.

Λουκιανοῦ.

Ωκεῖαι χάριτες, γλυκερώτεραι. ἢν δὲ βραδύνῃ,
πᾶσα χάρις κενεὴ, μὴ δὲ λέγοιτο χάρις.

AVSONIVS.

Gratia quæ tarda eſt, ingrata eſt: gratia nanq;
Cum fieri properat, gratia grata magis.

IDEM.

Si bene quid facias, facias cito: nam cito factum
Gratum erit: ingratum gratia tarda facit.

ΕΙΣ ΕΥΧΑΡΙΣΤΟΥΣ ΚΑΙ
ἀχαρίστους.

Αδέσποτον.

Τὸν λύκον ἐξ ἰδίων μαζῶν τρέφω οὐκ ἐθέλουσα,
ἀλλά μ' ἀναγκάζει ποιμένος ἀφροσύνη.
αὐξηθεὶς δ' ὑπ' ἐμοῦ, κατ' ἐμοῦ πάλι θηρίον ἔσται.
ἡ χάρις ἀλλάξαι τὴν φύσιν οὐ δύναται.

ERASMVS.

Lacto lupũ uberibus proprijs, nõ ſpõte, ſed horſum
Me demens adigit paſtor, ut id faciam.
In me rurſus erit fera, poſtquam creuerit ex me.
Natura haud unquam uertitur officijs.

C. VRS. VELIVS.

Admoueo nolens catulo diſtenta lupino
Vbera, eò me amens ſed trahit upilio,
In me, lacte meo nutritus, ſæuiet olim.
Flectere naturam gratia nulla poteſt.

F 5 Τίνες

Τίνας ἂν εἴποι λόγους Κλυταιμνήστρα,
μέλλοντος αὐτὴν σφάξειν Ὀρέστου.
Γῆ ξίφος ἰθύνεις; κατὰ γαστέρος, ἢ κατὰ μαζῶν;
γαστὴρ ἥ σ' ἐλόχευσεν. ἀνεθρέψαντο δὲ μαζοί.

MORVS.

Quà gladiũ intrudes, per uẽtrem'ne, an'ne papillas?
Te peperit uenter, te lactauere papillæ.

ΓΑΒΡΙΑΣ.

Ε θάλπε τις γεωργὸς ἐν κόλποις ὄφιν
ὥρᾳ κρύους. ἐπεὶ δὲ θέρμης ᾔσθετο,
ἔπληξε τὸν θάλψαντα κἄκτεινεν τάχος.
οὕτω κακοὶ ποιοῦσι τοὺς εὐεργέτας.

ERASMVS,

Sinu fouebat quidam agricola uiperam
Gelu rigentem, at hæc calorem ut ſenſerat,
Ferit fouentem, moxq́; perimit uulnere.
Ingrati ad hunc benemeritos tractant modum.

ΕΙΣ ΕΥΧΗΝ.

Ἀδέσποτον.

Ζεῦ βασιλεῦ, τὰ μὲν ἐσθλὰ καὶ εὐχομένοις, καὶ ἀνεύκτοις
ἄμμι δίδου. τὰ δὲ λυγρὰ, καὶ εὐχομένων ἀπερύκοις,

MORVS.

Da bona, ſiue rogere deus, ſeu nulla rogere,
Et procul à nobis mala quæq; petentibus aufer.
Et mala ſiue petare nega, ſiue nulla petare.

ΕΙΣ ΖΩΑ.

Πολιαίνου.

Δορκάδος ἀρτιτόκοιο τιθηνητήριον οὖθαρ

ἔμπλεον



ἔμπλεον εἰδοῦσα πικρὸς ἔτυψεν ἔχις.
νεβρὸς δ' ἰομιγῆ θηλὴν σπάσε, καὶ τὸ δυσαλθὲς
τραύματος ἐξ ὀλοοῦ πικρὸν ἔβρωξε γάλα.
ἀδὴν δ' ἠλλάξαντο, καὶ αὐτίκα νηλέϊ μοίρῃ
ἣν ἔπορεν γαστὴρ, μαστὸς ἀφεῖλε χάριν.

C. VRS. VELIVS.

Vbera uix poſito capreæ nutricia fœtu
Plena uidens tetigit uipera dente graui,
Deinde uenenatæ lac immedicabile mammæ
Hinnulus attactis hauſit ab uberibus.
Proq́; parente recens natum occidit, illico uenter
Quod dederat ſæua morte papilla tulit.

Ἀρχίου.

Οὐ μόνον εὐάροτρον βόες οἴδαμεν αὔλακα τέμνειν,
ἀλλ' ἴδε καὶ πόντου νῆας ἀφελκόμεθα.
ἔργα γε εἰρήνης δεδιδάγμεθα. καὶ σὺ θάλασσα
δελφῖνας γαίῃ ζεῦξον ἀροτροφορεῖν.

C. VRS. VELIVS.

Non ſolum humectas proſcindere uomere terras
Scimus, at ex alto ducimus ecce rates.
Pacis opus docti ſumus. & delphinas aratro
Iunge mare, & iunctos arua ſecare iube.

Γερμανικοῦ καίσαρος.

Οὖρος ἐξ ὑπάτοιο λαγὼς πέσεν ἔς ποτε βένθος,
ἐκπροφυγεῖν μεμαὼς τρηχὺν ὀδόντα κυνός.
ἀλλ' οὐδ' ὣς ἤλυξε κακὸν μόρον. αὐτίκα γάρ μιν
εἰνάλιος μάρψας, πνεύματος ὠρφάνισεν.
ἐκ πυρὸς ὡς αἰνῶς πέσες ἐς φλόγας. ἦ ῥά σε δαίμων

κὴν

κὴν ἁλὶ, κὴν χέρσῳ, θρέψε κύνεσι βορήν.

JOAN. IORDANVS.

Monte lepus ſummo fugiens ad littora uenit,
Viſa canum dentes poſſe cauere truces.
Sic tamen haud mortem euaſit. Nam forte marinus
Spiritu eum rapuit deficiente canis,
Ex igne in flammas cecidiſti quàm malè. pauit
Nanq; canes terra te Deus atq; mari.

Τοῦ αὐτοῦ,

Ἐκ κυνὸς εἷλε μύων με. τί τὸ ξένον. εἰς ἐμὲ θῆρες
ὑγροί, καὶ πεζοί, θυμὸν ἔχουσιν ἕνα.
αἰθέρα λοιπὸν ἔχοιτε λαγοὶ βατόν. ἀλλὰ φοβοῦμαι
οὐρανὲ, καὶ σὺ φέρεις ἀστερόεντα κύνα.

C. VRS. VELIVS,

A cane uenanti profugum ſatus æquore cœpit,
Nec mirum, in me animo ſæuit uterq; pari.
Reſtat adhuc cœlum lepores, ſed & horreo cœlum
Te, cui ſydereum ſcimus ineſſe canem.

Τιβερίου.

Δίκτυον ἐκθρώσκοντα πολύπλοκον ἄρτι λαγωόν,
σεῦε κύων θερμοῖς ἴχνεσιν ὠκυπόδην.
τρηχὺν δ' ἐκνεύσας ταχινῶς πάγον, ἐξ βαθὺ πόντου
ἥλατ' ἀλυσκάζων κῦμα παρακτίδιον.
εἰνάλιος τόνδ' αἶψα κύων βρυχηδὸν ὀδοῦσι
μάρψε, κυσὶ τλήμων ἦν ἄρ' ὀφειλόμενος.

Ex his tribus unum confinxit

AVSONIVS.

Trinacrij quondam currentem in littoris ora





Ante canes, leporem ceruleus rapuit.
At lepus: in me omnis terræ pelagiq; rapina eſt,
Forſitan & cœli, ſi canis aſtra tenet.

ΕΙΣ ΖΩΗΝ.

Παλλαδᾶ.

Πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος, καὶ χείλεος ἄκρου

GELLIVS.

Multa cadunt inter calicem ſupremaq; labra.

Adducit ex Lycophronis Iambicis huc pertinentes uerſiculos in Chiliadibus ſuis ERAS.

Ἐγὼ δὲ τλήμων σὺν κακῷ μαθὼν ἔπος,
ὡς πολλὰ χείλευς καὶ λεπαστραίων ποτῶν
μέσῳ κυλίνδει μοῖρα παμμήτωρ βροτῶν.

ERASMVS

Miſera aſt ego meo dicta cognoſcens malo
Vt plurima inter poculum ac labrum, ſolet
Vertiſſe fatum, res agens mortalium.

ΕΙΣ ΘΑΝΑΤΟΝ ΚΑΙ ΕΙΣ θανόντας.

Ἀγαθίου

Τὸν θάνατον τί φοβεῖσθαι, τὴν ἡσυχίης γενετῆρα;
τὸν παύοντα νόσους, καὶ πενίης ὀδύνας;
μοῦνος ἅπαξ θνητοῖς παραγίγνεται, οὐδέποτ' αὐτὸν
εἶδέν τις θνητῶν δεύτερον ἐρχόμενον.
αἱ δὲ νόσοι, πολλαί καὶ ποικίλαι, ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλον
ἐρχόμεναι θνητῶν, καὶ μεταβαλλόμεναι.

MORVS.

Num ſtultum eſt mortē matrem timuiſſe quietis,

Quam fugiunt morbi, mœſtaq; pauperies?
Sola ſemel miſeris ſeſe mortalibus offert,
Nec quiſquam eſt ad quem mors iterum rediјt.
At reliqui morbi uarij, multiq; uiciſſim
Nunc hunc, nunc illum, terq; quaterq; premunt.

Παλλαδᾶ.

Πάντες τῷ θανάτῳ τηρούμεθα, καὶ τρεφόμεθα,
ὡς ἀγέλη χοίρων σφαζομένων ἀλόγως.

BERGIVS.

Viuimus heu morti, morti quoq; naſcimur omnes,
Vt grex porcorum qui temere intereunt.

Τοῦ αὐτοῦ.

σῶμα, πάθος ψυχῆς, ἅδης, μοῖρ', ἄχθος, ἀνάγκη,
καὶ δεσμὸς κρατερός, καὶ κόλασις βασάνων.
ἀλλ' ὅταν ἐξέλθῃ τοῦ σώματος ὡς ἀπὸ δεσμῶν
τοῦ θανάτου, φεύγει πρὸς θεὸν ἀθάνατον.

IDEM.

Carcer & infernus, tum luctus triſteq; pondus
Eſt animo corpus, cum dominatur ei,
Hoc laxatus enim ſæuæ ceu à carcere mortis
Peruolat ad ſedem candidus ipſe deûm.

Huc reſpexiſſe uidetur

MORVS.

Damnati ac morituri in terræ claudimur omnes
Carcere, in hoc mortem carcere nemo fugit.
Carceris in multas deſcribitur area partes,
Inq; alijs alij partibus ædificant.
Non aliter quàm de regno de carcere certant.
In cæco cupidus carcere condit opes.

Carcere



Carcere obambulat hic uagus, hic uincitur in antro,
Hic ſeruit, regit hic, hic canit, ille gemit.
Iam quoq; dum carcer non tanquã carcer amatur,
Hinc alijs alij mortibus extrahimur.

Παλλαδᾶ.

Γραμματικοῦ θυγάτηρ ἔτεκεν φιλότητι μιγεῖσα,
παιδίον ἀρσενικόν, θηλυκόν, οὐδέτερον.

IOAN. SOTER.

Filia Grammatici peperit commixta marito
Maſculinam, neutram, fœmineam ſobolem.

Huc alluſiſſe uidetur

AVSONIVS.

Ruffus uocatus rhetor olim ad nuptias
Celebri fit ut conuiuio:
Grammaticæ ut artis ſe peritum oſtenderet,
Hæc uota dixit nuptijs:
Et maſculini, & fœminini gignite,
Generiſq; neutri filios.

Ἀδήλου.

Οἶνος, καὶ τὰ λοετρά, καὶ ἡ περὶ κύπριν ἐρωή,
ὀξυτέρην πέμπει τὴν ὁδὸν εἰς ἀΐδην.

MORVS.

Si quis ad infernos properet deſcendere manes,
Huc iter accelerant balnea, uina, Venus.

G. LILIVS.

Nos caligantis rapiunt ad regna tyranni
Præcipiti curſu balnea, uina, Venus.

Huc pertinet & hoc.

Balnea, uina, Venus, corrumpunt corpora noſtra.

Sed

Sed uitam faciunt balnea, uina, Venus.

ΕΙΣ ΘΕΟΥΣ.

Λουκιανοῦ.

Ἀνθρώπους μὲν ἴσως λήσεις, ἄτοπόν τι ποιήσας.
οὐ λήσεις δὲ θεοὺς οὐδὲ λογιζόμενος,

BERGIVS.

Improbe mortales quamuis tua crimina celes,
Fallere cœleſtes non potes ipſe deos.

SOTER ITA.

Impoſtor licet uſq; homines celaueris, atqui
Celare haud ulla quiueris arte deos.

Ἀδέσποτον.

Ζεύς, κύκνος, ταῦρος, σάτυρος, χρυσὸς, δι' ἔρωτα
λήδης, εὐρώπης, ἀντιόπης, δανάης.

MORVS.

Taurus, olor, ſatyruſq́;, ob amorē Iuppiter aurū eſt,
Europes Ledes, Antiopes, Danaes.

G. LILIVS.

Taurus, olor, ſatyrus, per amorem Iuppiter aurum,
Europæ, Ledes, Antiopæ, Danaes.

C. VRS. VELIVS.

Iuppiter Europam niuei ſub imagine tauri
Dilectum Cretes per mare uexit onus.
Duxit olorinas candenti corpore plumas,
Cum deus ad Ledæ tecta uolaret amans,
Et clauſam pluuio Danaen deluſit in auro,
Semihominis ſatyri cornibus Antiopen.
Amphitryona fuit regem mentitus, in unam
Mirifice noctes cum coiere duæ,





Et ſi te uideat, ſed ne te uiderit oro,
Cynnama, in amplexus & uolet ire tuos.
Non aurum, nō taurus, olor'ue, aut quilibet horum
Verum ſe maior ſi queat eſſe uelit.
Has Iouis metamorphoſes ſic narrat

OVIDIVS.

Mæonis eluſam deſignat imagine tauri
Europam: uerum taurū, freta uera putares.
Ipſa uidebatur terras ſpectare relictas,
Et comites clamore ſuas, tamumq́; uereri
Aſſilientis aquæ, timidaſq́; recondere plantas.
Fecit & Aſterien aquila luctante teneri.
Fecit olorinis Ledam recubare ſub alis.
Addidit ut ſatyri celatus imagine pulchra
Iuppiter implerit gemino Nycteida fœtu.
Amphitryon fuerit cum te Tyrinthia cœpit.
Aureus ut Danaen: Aſopida luſerit ignis:
Mnemoſynen paſtor: uariuſq́; Deloida ſerpens.

Νικάρχου.

Παρθένε τριτογένεια, τί τὴν Κύπριν ἄρτι με λυπεῖς;
ἁρπάξασα δ' ἐμὸν δῶρον, ἔχεις παλάμῃ;
μέμνησαι τὸ πάροιθεν ἐν ἰδαίοις σκοπέλοισιν,
ὡς Πάρις οὐ σε καλὴν, ἀλλ' ἔμ' ἐδογμάτισε;
σὸν δόρυ, καὶ σάκος ἐστίν. ἐμὸν δὲ τὸ μῆλον ὑπάρχει,
ἀρκεῖ τῷδε μήλῳ κεῖνος ὁ πρὶν πόλεμος.

MORVS.

Cur ita me lædis Venerem Tritonia uirgo,
Corripis in digitos cur mea dona tuos?
Scilicet Idæis memor eſto in rupibus olim

Me,non te, pulchram cenſuit eſſe Paris.
Haſta tua eſt,enſiſq; tuus.mihi uendico malum.
Mars modo ſit malo priſtinus ille ſatis.

¶Subijciã hic,quãdo ita ordo ipſe tulit,hymnos duos,at eos non uerſos,id quod præter noſtrum inſtitutum facimus: is enim eorũ eſt genius,ut oratione ligata reddi non poſſint.Prior Bacchi,alter Apollinis nomina ac epitheta cõplectitur.Hunc interpretatus eſt Io.Alexander Braſſicanus. Artificioſiſſimus uterq; eſt,ut qui alphabetica ſerie,cũ ſingulis elementis ſinguli tribuantur uerſiculi,decurrant.

Μέλπωμεν βασιλῆα φιλεύιον,
εἰραφιώτην.

Ἁβροκόμην.ἀγροῖκον,ἀοίδιμον.ἀγλαόμορφον.
Βοιωτόν.Βρόμιον.Βακχεύτορα.Βοτρυοχαίτην.
γηθόσυνον.γονόεντα.γιγαντολέτην.γελόωντα.
διογενῆ.δίγονον.διθυραμβογενῆ.διόνυσον.
εὔιον.εὐχαίτην.εὐάμπελον.ἐγρεσίκωμον.
ζηλαῖον.ζάχολον.ζηλήμονα.ζηλοδοτῆρα.
ἤπιον.ἡδυπότην.ἡδύθροον.ἠπεροπῆα.
θυρσοφόρον.θρῆικα.θιασώτην.θυμολέοντα.
ἰνδολέτην.ἱμερτόν.ἰοπλόκον.εἰραφιώτην.
κωμαστήν.κεραόν.κισσοστέφανον.κελαδεινόν.
λυδόν.λυαῖον.λαθικηδέα.λυσιμέριμνον.
μύστην.μαινόλιον.μεθυδώτην.μυριόμορφον.
νυκτέλιον.νόμιον.νεβρώδεα.νεβριδόπεπλον.
ξυστοβόλον.ξυνόν.ξενοδώτην.ξανθοκάρηνον.
ὀργίλον.ὀβριμόθυμον.ὀρέσκιον.οὐρεσιφοίτην.

πολυ



πολυπότην.πλαγκτῆρα.πολυστέφανον.πολύκωμον.
ῥηξίνοον.ῥαδινόν.ῥικνώδεα.ῥηνοχορῆα.
σκιρτητήν.σάτυρον.σεμεληγενέτην.σεμελῆα.
τερπνόν.ταυρωπόν.τυῤῥηνολέτην.ταχύμηνιν.
ὑπνοφόβην.ὑγρόν.ὑμνήιον.ὑλήεντα.
φρενομανῆ.φρικτόν.φιλομηδέα.φοιταλιώτην.
χρυσόκερων.χαρίεντα.χαλίφρονα.χρυσομίτρην.
ψυχοπλανῆ.ψεύστην.ψοφομηδέα.ψυχοδαΐκτην.
ὥριον.ὠμηστήν.ὀρεσίτροφον.ὠρεσίλοιπον.

Υμνείω παιᾶνα μέγαν θεόν
Απόλλωνα.

Αβροτον.ἀγλαόμορφον.ἀκερσεκόμην.ἁβροχαίτην.
Βριθύνοον.Βασιλῆα.Βελεσιχαρῆ.Βιοδώτην.
γηθόσυνον.γελόωντα.γιγαντολέτην.γλυκύθυμον.
διογενῆ.διόπαιδα.δρακοντολέτην.δαφνογηθῆ.
εὔλαλον.εὐρυβίην.ἑκατήβολον.ἐλπιδοδώτην.
ζωογόνον.ζάθεον.ζηνόφρονα.ζηνοδοτῆρα.
ἤπιον.ἡδυεπῆ.ἡδύθρον.ἠπιόχειρα.
θηροφόνον.θαλερόν.θελξίφρονα.θελγεσίμυθον.
ἰαφέτην.ἱμετόν.ἰήιον.ἱπποδρυστήν.
κοσμοπλόκον.κλάριον.κρατερόφρονα.καρπογένεθ-
λητογενῆ.λαρόν.λυρογηθέα.λαμπετόωντα. (λον.
μυστοπόλον.μάντιν.μεγαλήτορα.μυριόμορφον.
νεβροχαρῆ.νοερόν.νηπενθέα.νηφαλέον τε.
ξυνοχαρῆ.ξυνόν.ξυνόφρονα.ξυνοδοτῆρα.
ὄλβιον.ὀλβιοεργόν.ὀλύμπιον οὐρεσιφοίτην.
πρηύν.πανδερκῆ.πανασπήμονα.πλουτοδοτῆρα.

 ῥυσί-

ῥυσίπονον. ῥοδόχρουν ῥηξήνορα. ῥηξικέλευθον.
σιγαλόεντα. σοφόν. σελαηγενέτην. σωτῆρα.
τερψίχορον. τιτᾶνα. τελέσφορα. τιμήεντα.
ὑμναγόρην. ὕπατον. ὑψαύχενα. ὑετόεντα.
φοῖβον. φοιβάζοντα φιλοστέφανον. φρενογηθῆ.
χρησμαγόρην. χρύσεον. χρυσόχροα. χρυσοβέλεμνον.
ψαλμοχαρῆ ψάλτην. ψευσίστυγα. ψυχοδοτῆρα.
ὠνύπον. ὠκυεπῆ. ὠκύσκοπον. ὠρεσιδώτην.

ΕΙΣ ΙΑΤΡΟΥΣ.

Εἰς Ἱπποκράτην.

Ἱπποκράτης φάος ἦν μερόπων. καὶ σώζετο λαῶν
ἔθνεα, καὶ νεκύων ἦν σπάνις εἰν ἀΐδῃ.

SOTER ITA.

Hippocrates decus eſt hominum, ſeruator ab orco,
Plutonis potuit hic premere'ingluuiem.

Ἀντίστρεφον.

Εἰν ἀΐδῃ σπάνις ἦν νεκύων. καὶ ἔθνεα λαῶν
σώζετο. καὶ μερόπων ἦν φάος ἱπποκράτης.

IDEM.

Ingluuiem premere hic potuit Plutonis, ab orco
Seruator, hominumq; eſt decus Hippocrates.
Sunt libro ϛ. hæc,
Νικομήδου ἡρακλεώτου.

ΠΑΝ

Πηνελόπη, τόδε σοι φᾶρος, καὶ χλαῖναν ὀδυσσεὺς
ἤνεγκεν, δολιχὴν ἐξανύσας ἀτραπόν.

ΤΑ

Τὸν τραγόπουν ἐμὲ Πᾶνα φίλον βρομίοιο, καὶ υἱὸν
ἀρκάδος, ἀντ' ἀλκᾶς ἔγραφεν ὠφελίων.

ΑΝ

Αερόπης δάκρυον ἱερῆς, καὶ λείψανα δείπνων
δύσνομα, καὶ ποινὴν ἔγραφεν ὠφελίων.

ΤΙ

Πραξιτέλης ἔπλασε Δανάην, καὶ φάρεα νυμφῶν
λυγδίνα, καὶ πέτρης Πᾶνα με πεντελικῆς.

ΣΤΡΕ

Κύπριδι κουροτρόφῳ δάμαλιν ῥέξαντες ἔφηβοι.
χαίροντες, νύμφας ἐκ θαλάμων ἄγομεν.

ΦΟΝ

Αἰθομένais ὑπὸ γάστιν ἐν εὐρυχώρῳ πατρὸς οἴκῳ,
παρθένον ἐκ χειρῶν ἠγαγόμην Κύπριδος.

ΤΑ.

Ασκανίη μέγα χαῖρε καλὴ, καὶ χρύσεα βάκχου
ὄργια, καὶ μύσαι πρόκριτοι εὔϊεω.

¶Primum Soter, quãdo nimis laborioſum eſt ἀντιστρέφοντα cudere, pluſq; moleſtiæ habet quàm artificij, ſimpliciter ſic uertit.

Hanc tibi Penelopæ ueſtem cum pallio Vlyſſes
Miſit longinquum quum ingrederetur iter.

ΕΙΣ ΑΕΙ ΝΟΣΟΥΝΤΑΣ.

Λουκιλλίου.

Τοὺς καταλείψαντας γλυκερὸν φάος οὐκ ἔτι θρηνῶ,
τοὺς δ' ἐπὶ προσδοκίῃ ζῶντας ἀεὶ θανάτου.

NICOL. HAMERVS.

Non ego iam uitæ defunctos lumine, ſed quos
Mortis habet uiuos ſæpe cupido, fleo.

Εἰς Νίκανδρον.

Καὶ Κολοφὼν ἀρίδηλος ἐνὶ πτολίεσσι τέτυκται,
δοιοὺς θρεψαμένη παῖδας ἀριστονόους.
πρωτοτόκον μὲν ὅμηρον, ἀτὰρ Νίκανδρον ἔπειτα,
ἀμφοτέρους μούσαις οὐρανίῃσι φίλους.

IOAN. SLEIDANVS.

Inter præcipuas Colophon caput exerit urbes.
Infantes quippe nutrijt illa duos.
Alter Homerus erat, poſt hunc quoq; numine diuûm
Nicander, Muſis gratus uterq; ſacris.

Ἄδηλον.

Φάρμακα πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα. πολλὰ δὲ λυγρὰ
Νίκανδρος κατέλεξεν, ἐπιστάμενος περὶ πάντων
ἀνθρώπων. ἦ γὰρ παιήονός ἐστι γενέθλης.

IDEM.

Multa quidem retulit Nicander Apolline cretus
Pharmaca, ſuntq; ex his bona, ſunt mediocria quędã,
Sunt mala. Quid mirum? præſtat mortalibus ille,

¶ Alluditur ad hunc locum Homeri Odyſs, δ'.

ἔνθ' αὖτ' ἄλλ' ἐνόησε Ἑλένη Διὸς ἐκγεγαυῖα.
αὐτίκ' ἄρ' εἰς οἶνον βάλε φάρμακον ἔνθεν ἔπινον,
νηπενθές τ' ἄχολόν τε κακῶν ἐπίληθον ἁπάντων.
ὃς τὸ καταβρόξειεν ἐπὴν κρητῆρι μιγείη,
οὐκ ἂν ἐφημέριός γε βάλοι κατὰ δάκρυ παρειῶν,
οὐδ' εἴ οἱ κατατεθναίη μήτηρ τε πατήρ τε,
οὐδ' εἴ οἱ προπάροιθεν ἀδελφεὸν ἢ φίλον υἱὸν
χαλκῷ δηϊόωεν, ὁ δ' ὀφθαλμοῖσιν ὁρῷτο.
τοῖα Διὸς θυγάτηρ ἔχε φάρμακα μητιόεντα,





ἐσθλά, τά οἱ Πολύδαμνα πόρε Θῶνος παράκοιτις
αἰγυπτίη, τῇ πλεῖστα φέρει ζείδωρος ἄρουρα
φάρμακα, πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα, πολλὰ δὲ λυγρά.

BVDAEVS.

Hic Helenæ ſubijt uino miſcere uenenum,
Soluere quod luctus, iras ſopire minaces,
Quod memori fertur reſides abſtergere ſenſus
Sortis acerbæ animo, atq; obliuia ferre malorum,
Qui ſemel id patera mixtum nepenthes Iaccho
Hauſerit, inde diem totum non fuderit ullam
Ille oculis lachrymam: non ſi ſuauiſſima proles,
Si germanus ei charus, mater'ue pater'ue
Oppetat ante oculos ferro confoſſus atroci.
Tyndaris hæc habuit ſummo Ioue nata uenena,
Quæ Polydamna dedit coniunx Aegyptia Thonis
Commoda, conſulte medica compoſita ſub arte:
Ipſa ętenim Pharia ſolers tellure uenena
Noxia multa legit, mixtimq; ſalubria multa.

Παλλαδᾶ.

Οὐκ ἀλόγως ἐν διζύθιοις δύναμίν τινα θείαν
εἶναι ἔφην. χθὲς γοῦν δίζυθον ἐν χρονίῳ
ἠπιάλῳ κάμνοντι τεταρταίῳ προσῆψα,
καὶ γέγονεν ταχέως δῖα Κρότων ὑγιής.

ERASMVS,

Diuinum quiddam, uimq; admirabilem ineſſe
Dizythijs certe diximus haud temere.
Nam modo quem febris longa & quartana tenebat,
Iamq; fatigatum conficeret miſerum,
Dizython admoui, neq; erat mora longa, Crotone,

Hoc ubi feciſſem, ſanior ille fuit,

¶Hic obiter illud aduerte cãdide lector, δίζυθον, q̊d nos Eraſmum imitati poſuimus, in codice Græco eſſe δίζυφον, quanq̃ Io. Bap. Pius ζίζυφον legendũ cẽſeat.

Τοῦ αὐτοῦ,

Κονδίτου μοι δεῖ. τὸ δὲ κονδῖτον, πόθεν ἔσχε
 τοὔνομα; τῆς φωνῆς ἐστι γὰρ ἀλλότριον.
τῆς τῶν ἑλλήνων. εἰ ῥωμαϊκῶς δὲ καλεῖται,
 αὐτὸς ἂν εἰδείης ῥωμαϊκώτατος ὤν.
σκεύασον οὖν μοι τοῦτο. τὸ γὰρ κατέχον με νόσημα
 τοῦ στομάχου, χρήζειν τοῦδε λέγουσι ποτοῦ.

IO. BAP. PIVS.

Condito mihi opus. Conditi nominis unde
 Propoſitum? Græcis uox aliena ſonis.
Si bene Romana Conditum uoce loquuntur
 Ipſe ſcies, linguæ qui decus es Latiæ.
Id quodcunq; para, ſtomacho penetralia morbus
 Occupat, hoc potu tinguier illa iuuat.

ΕΙΣ ΙΧΘΥΑΣ.

Ἀντιπάτρου Θεσσαλοῦ.

Πούλυπος εἰναλίη ποτ' ἐπὶ προβλῆτι τανυσθείς,
 ἠελίῳ ψύχειν πολλὸν ἀνῆκε πόδα.
οὔπω δ' ἦν πέτρῃ ἴκελος χρόα. τοὔνεκα καί μιν
 αἰετὸς ἐκ νεφέων ὀξὺς ἔμαρψεν ἰδών.
πλοχμοῖς δ' εἱλιχθεὶς, πέσεν εἰς ἅλα δύσμορος. ἦρα
 ἄμφω, καὶ θήρης ἤμβροτε καὶ βιότου.

IOAN. SLEIDANVS.

Extendit Polypus bibula porrectus harena

Multi



Multiplicem nuper ſolis amore pedem.
Nec dum corpus erat lapidi conforme. iacentem
 Ales corripuit lapſa repente Iouis.
Quæ tamen in pontum, mox ut perplexa fuiſſet,
 Corruit, & præda dein quoq; luce carens.

Ἀντιφίλου Βυζαντίου.

Αἰγιαλοῦ τενάγεσσιν ὑποπλώοντα λαθραίῃ
 εἰρεσίῃ, Φαίδων εἴσιδε πουλυπόδην.
μάρψας δ', ὀξὺς ἔριψεν ἐπὶ χθόνα, πρὶν περὶ χεῖρας
 πλέξασθαι βρύγδην ὀκτατόνους ἕλικας.
δισκευθεὶς δ' ἐπὶ θάμνον ἐς οἰκία δειλὰ λαγωοῦ
 εἱλιδὸν ταχινοῦ πτωκὸς ἔδησε πόδας.
εἵλεσι' ἁλούς. σὺ δ' ἄελπτον ἔχεις γέρας ἀμφοτέρωθεν.
 ἄγρης χερσαίης πρέσβυ, καὶ εἰναλίης.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ἀνέρα θὴρ χερσαῖον ὁ πόντιος, ἄπνοον ἔμπνους,
 ἀράμενος λοφιῆς ὑγρὸν ὕπερθε νέκυν,
ἐς ψαμάθους ἐκόμισα. τὸ δὲ πλέον, ἐξ ἁλὸς εἰς γῆν
 νηξάμενος, φόρτον μισθὸν ἔχω θάνατον.
δαίμονα δ' ἀλλήλων ἠμείψαμεν. ἡ μὲν ἐκείνου
 χθὼν, ἐμέ. τὸν δ' ἀπὸ γῆς, ἔκτανε τοὐμὸν ὕδωρ.

IO. SLEIDANVS.

Orbum luce uirum uitali munere fretus
 Piſcis ego uexi fluctibus e medijs.
At mihi pro tanto merces miſeranda labore
 Proq; pio ſtudio mors cita munus erat.
Læſit utrunq; nimis ſors immutata, grauiq;
 Pontus ei damno, ſed mihi terra fuit.

ΕΙΣ ΚΟΛΑΚΑΣ.

Παλλαδᾶ.

Ην ὁ φίλος τὶ λάβῃ, δόμινε φράτερ εὐθὺς ἔγραψεν.
ἢν δ᾽ αὖ μήτι λάβῃ, τὸ φράτερ εἶπε μόνον.
ὤνια γὰρ καὶ ταῦτα τὰ ῥήματα. αὐτὰρ ἔγωγε
οὐκ ἐθέλω δόμινε, οὐ γὰρ ἔχω δόμεναι.

IOAN. SOTER.

Munere te accepto dominum fratremq́; uocabunt
Cuncti: ubi nil dederis uix mihi frater eris.
Magni emitur domini cognomen, & ægre tenetur.
Aſt ego quòd do, minus, ſum nemini dominus.
¶Huc reſpexiſſe uidetur

MARTIALIS.

Quòd te nomine iam tuo ſaluto,
Quem regem & dominum prius uocabam,
Totis pilea ſarcinis redemi.
Ne me dixeris eſſe contumacem,
Reges & dominos habere debet
Qui ſe non habet, atq; concupiſcit,
Quod reges dominiq; concupiſcunt,
Seruum ſi potes Ole non habere,
Et regem potes Ole non habere.

IDEM.

Cum te non noſſem, dominum regemq́; uocabam,
Cum bene te noui iam mihi Priſcus eris.

IDEM.

Mane ſalutaui uero te nomine caſu,
Nec dixi dominum Cæciliane meum.
Quanti libertas conſtet mihi tanta, requiris?
Centum



Centum quadrantes abſtulit illa mihi.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ρῶ καὶ λάμβδα, μόνον κόρακας κόλακάς τε διιστᾷ.
οὐκοῦν ταυτὸ κόραξ βωμολόχος τε κόλαξ.
τοὔνεκά μοι βέλτιστε τόδ᾽ ζῶον πεφύλαξο,
εἰδὼς καὶ ζώντων τοὺς κόλακας, κόρακας.

¶Hoc epigramma Soter, agnominatione τοῦ κόλακος καὶ κόρακος relicta, ſic reddidit.

Rho Lambdaq́; ſolum κόλακες κόρακεςq́; dirempti,
Cætera nil diſtant ſcurra κόλαξ, & κόραξ.
Obſeruandum igitur caute hoc animal tibi, gnaro
Viuorum haud aliud quàm κόρακας, κόλακας.

Τοῦ αὐτοῦ.

οὐχ οὕτω βλάπτει μισεῖν ὁ λέγων ἀναφανδόν,
ὥσπερ ὁ τὴν καθαρὰν ψευδόμενος φιλίαν.
τὸν μὲν γὰρ μισοῦντα, προειδότες ἐκτρεπόμεσθα.
τὸν δὲ λέγοντα φιλεῖν, οὐ προφυλασσόμεθα.
ἐχθρὸν ἐγὼ κεῖνον κρίνω βαρὺν, ὅς ποτε λάθρῃ
τὴν ἀπὸ τῆς φιλίης πίστιν ἔχων ἀδικεῖ.

MORVS.

Non æque nocet hic, qui ſeſe odiſſe fatetur,
Atq; hic qui puram fingit amicitiam.
Oſorem monitus fugio: fugiſſe ſed illum
Quomodo qui me ſe fingit amare, queo?
Peſſimus hic certe eſt inimicus, quiſquis amicus
Creditus, occulta ſubdolus arte nocet.

G. LILIVS.

Non is tam lædit, liquide qui dixerit, odi,
Quàm

Quàm qui ſynceram fingit amicitiam.
Vitabis certe quem noueris eſſe nocentem,
Aſt illum nunquam qui tibi dixit, amo.
Ille mihi grauis eſt hoſtis, qui clàm nocuiſſe
Gaudet, quiq; fidem fert in amicitia.

C. VRS. VELIVS.

Non æque damno eſt odiũ ore profeſſus aperto,
Ac qui ſynceram fingit amicitiam.
Vitatu facilis nobis qui cognitus hoſtis,
Vitari qui ſe dicit amare, nequit.
Hic hoſtis capitalis erit, quicunq; nocebit,
Prætextu fidæ fretus amicitiæ.

Huc pertinet & illud:

μισῶ τὸν ἄνδρα τὸν διπλοῦν πεφυκότα,
χρυσὸν λόγοισι, πολέμιον δὲ τοῖς τρόποις.

ERASMVS.

Equidem uirum odi duplicem, ſermonibus
Probis amicum, cæterum hoſtem moribus.

¶Pertinet & iucunda illa de Momo fabella,
quam his uerbis conſcripſit

ERAS. EBNERVS.

Feſta dies aderat maiorum ex more deorum
Venerat in ſacrum cum pia turba locum.
Floribus ornatam tulerat ſibi quiſq; coronam,
Cingebantq; pias mollia ſerta comas.
Vina dabat Bacchus, uinoq; expellere curas,
Falluntur uarijs tempora longa iocis.
Cumq; animum læti multo ſermone leuarent,
Eſt quoq; de ſtudijs mentio facta bonis.





Atq; inter ſuperos certamina magna fuerunt
Quis magis egregium condere poſſet opus.
Diuûm nemo ſuæ uult cedere laudibus artis
Ingeniumq; cupit quiſq; probare ſuum.
Neptunus ualidum præſtanti corpore primus
Effingit ſumma ſedulitate bouem.
Attica magnificis immenſam turribus arcem
Ac altam magna conſtruit arte domum.
At Vulcanus, atrox cui ſeruit turba Cyclopum
Quiq; hac perpetuo clarus ab arte fuit:
Quin Neptune tuas paſcis ſub gurgite phocas,
Et lanas carpis Attica uirgo rudes.
Nos labor ille decet, tractent fabrilia fabri.
Dixit, opusq; Dijs attulit ille ſuum.
Iſtud ad humanam confinxerat ille figuram,
Formam mortalis indueratq; uiri.
Quiſq; ſuum collaudat opus, operumq; labores
Quenq; iuuat longa commemorare mora.
Cedere nemo cupit, ſtudijs certamina creſcunt,
Ac illis magnæ uincere laudis erat.
Cumq; diu in dubio diuis uictoria ſtaret,
Fertur ad arbitrium res tibi Mome tuum.
Ille diu in reliquis dum culpat multa figuris,
Illic Mulciberis nobile cernit opus.
Omnibus hic alijs id præfert, Attamen unum
Hoc operi uitium dicit ineſſe ſuo.
Quòd non humano finxiſſet corde feneſtras,
Et nullas animo fecerit ille uias,
Vt cerni poſſet falſo quid corde lateret,
Blandaq; ne quenquam lædere lingua queat.

Λουκιανοῦ.

οὐδὲν ἐν ἀνθρώποις φύσις χαλεπώτερον εὗρεν
  Ανθρώπου, καθαρὰν ψευδομένου φιλίην.
οὐ γὰρ ἔθ' ὡς ἐχθρὸν προφυλασσόμεθ'. ἀλλ' ἀγαπῶντες
  ὡς φίλον, ἐν τούτῳ πλείονα βλαπτόμεθα.

IOAN. IORDANVS.

Prouida mortales inter natura ſceleſtos
  Maiori inuenit, crede, labore nihil,
Quàm mentiretur ficta qui fronte doloſe
  Veram & amicitiam, cordis & ima ſui.
Hunc tamen ut ficte nunquam uitamus amantem
  Sed nobis fidum credimus eſſe probè,
Atq; ita mentitum ſynceri nomen amici
  Diligimus, quare lædimur uſq; magis.

Αδηλον.

Γλάσον ἔχεις τὸν ἔρωτα, φόβῳ δὲ φιλεῖς καὶ ἀνάγκῃ,
  τοῦ δὲ φιλεῖν οὕτως οὐδὲν ἀπιστότερον.

NICO. HAMERVS.

In ſpeciem firmi uenerare coactus amici?
  Perfidius dici quo quid amore poteſt?

ΕΙΣ ΧΡΙΤΑΣ.

Αδηλον.

Θαρσαλέοι Κελτοὶ, ποταμῷ ζηλήμονι ῥήνῳ
τέκνα ταλαντεύουσι. καὶ οὐ πάρος εἰσὶ τοκῆες,
πρὶν παῖν ἀθρήσωσι λελουμένον ὕδατι σεμνῷ,
αἶψα γὰρ ἡνίκα μητρὸς ὀλισθήσας διὰ κόλπων
νηπίαχος, πρῶτον προχέει δάκρυ, τὸν μὲν ἀείρας
αὐτὸς ἐπ' ἀσπίδι θῆκε νέον παῖν, οὐδ' ἀλεγίζει.

οὔπω



οὔπω γὰρ γενέταο φέρει νόον, πρίν γ' ἐσαθρήσῃ
κεκριμένον λουτροῖσιν ἐλεγχιγάμου ποταμοῖο.
ἡ δὲ μετ' εἰλείθυιαν ἐπ' ἄλγεσιν ἄλγος ἔχουσα
μήτηρ, εἰ καὶ παιδὸς ἀληθέα οἶδε τοκῆα,
ἐκδέχεται τρομέουσα, τί μήσεται ἄστατον ὕδωρ.

IO. BAP. PIVS.

Audaces rapido Celtæ noua pignora Rheno
Explorant: non hos genitrix prius ubere largo
Alma fouet, uitreas fluuij quàm uenit ad undas.
Lympha nouũ capit alta genus, quod remigis inſtar
Vmbo regit, fluidiq; effulcit corpus alumni.
Et fœtum ſic unda probat, lectumq; iugalem:
Damnat adulterij fœdo ſi decolor igne.
Poſt dubios genitrix caſus memor Ilithyiæ
Ancipitis, fulcit gelidis in fluctibus ortum
Anxia diſpiciens cui mobilis annatat unda.

ANTO. CALCATERRA.

Audaces rapido dubios in gurgite partus
Explorant Celtæ, donec dijudicat unda.
Hæ nunquam capiunt gentes noua pignora matrũ,
Quàm prius imponãt clypeo: tũ flumina mõſtrant
An genus obliquum fuerit, poſt mater ad undas
Egeriam tendit natos uiſura recentes,
Et ſuſpenſa tenet cenſoris flumina Rheni.

ΕΙΣ ΛΟΓΟΓΡΑΦΙΑΝ,

ἤτοι ἐποποιΐαν.

Κυρίλλου.

Πᾶν καλόν ἐστι ἐπίγραμμα τὸ δίστιχον. ἢν δὲ παρέλθῃς
  τοὺς τρεῖς, ῥαψῳδεῖς, κοὐκ ἐπίγραμμα λέγεις.

IOAN. SOTER.

Om̃e epigrãma uenuſtũ eſt diſtichũ, ubi auxeris ultra,
Dulce poema canis, non epigramma facis.

ΕΙΣ ΜΑΘΗΜΑΤΑ.

Πτολεμαίου.

Οἶδ' ὅτι θνατὸς ἐγὼ, καὶ ἐφάμερος. ἀλλ' ὅταν ἄστρων
μαστεύω πυκινὰς ἀμφιδρόμους ἕλικας,
οὐκ ἔτ' ἐπιψαύω ποσὶ γαίης, ἀλλὰ παρ' αὐτῷ
Ζηνὶ διοτρεφέος πίμπλαμαι ἀμβροσίης.

RAPHAEL VOLATER.

Mortalem quamuis norim me forte creatum,
Dum tamen aſtrorum ſcrutor in orbe uias.
Sum pedibus tellure procul, iuxtaq; Tonantem
Aſſideo diuus, paſcor & ambroſia.

ΕΙΣ ΜΕΤΡΙΟΤΗΤΑ.

Αδηλον.

Πᾶν τὸ περιττὸν ἄκαιρον, ἐπεὶ λόγος ἐστὶ παλαιός,
ὡς καὶ τοῦ μέλιτος τὸ πλέον ἐστὶ χολή.

MORVS.

Ingratũ eſt quicquid nimiũ eſt, ſic ſemper amarũ eſt,
Vt uerbũ uetus eſt, mel quoq; ſi nimium eſt.

ERASMVS.

Inſuaue eſt quicquid nimium eſt. Nam dicitur olim
Mel quoq;, ſi immodica eſt copia, bilis erit.

ΕΙΣ ΜΗΤΡΥΑΝ.

Καλλιμάχου.

Στήλην μητρυιῆς μικρὰν λίθον ἔστεφε κοῦρος.
ὡς βίον ἠλλάχθαι, καὶ τρόπον οἰόμενος.

ἡ δὲ



ἡ δὲ, τάφῳ κλινθεῖσα, κατέκτανε παῖδα πεσοῦσα.
φεύγετε μητρυιῆς καὶ τάφον οἱ πρόγονοι.

ERASMVS.

Exiguo lapidi puer addit ſerta nouercæ,
Mutaſſe ut uitam ſic ratus ingenium.
At puerum extinguit tumulo hæc illapſa. nouercæ
Priuigni exanimem uel tumulum fugite.

MORVS.

Flore nouercalem cingis priuigne columnam,
Morte ratus mores interiiſſe malos.
Te tamen illa premit ſubito inclinata, nouercæ.
Si priuigne ſapis, ipſa ſe pulchra fuge.

LVSCINIVS.

Priuignus tentat ſtatuam decorare nouercæ,
Mutatos mores cunctaq; morte putans.
Mole cadens miſerum mox comprimit illa: nouercæ
O uos priuigni buſta etiam fugite.

C. VRS. VELIVS.

Dat puer exiguo monumento ſerta nouercæ,
Cum uita & mores depoſuiſſe ratus.
Illa pium oppreſſit tumulo delapſa. nouercæ
Vos quoq; priuigni buſta cauete procul.

IOAN. SLEIDANVS.

Buſta coronauit priuignus ſacra nouercæ,
Mores ut uitam ſic abiiſſe ratus.
Cum ſubito iuuenem compreſſit petra. Nouercam
Quiſquis es, infidam poſt quoq; fata, time.

IOAN. SOTER.

Forte redimibat priuignus buſta nouercæ,

H Sertis

Sertis, mores ut uitam, abijſſe putans.
Priuignum perimunt hæc heu collapſa Nouercæ
Priuigni exemplo hoc buſta cauete ſimul.

¶ Similē caſum Tarchōtis cuiuſpiā ab ultrice hoſtis ſtatua oppreſſi, eleganti epigrāmate depinxit

PET. CRINITVS.

Marmoream effigiem Tarchon cum cerneret hoſtis
Subſtitit, & niueam deſpuit in faciem,
Protinus & gladium ſtringens quem forte gerebat,
Incipit inuiſum ſæpe ferire latus.
Sed ſtatua indignos ceu ſi pernoſceret ictus,
Paulatim e proprio concidit acta loco.
Et ſimul infenſum dum prona inclinat in hoſtem,
Contriuit miſerum certa ruina caput:
Sic pietas diuûm ſceleratæ conſcia mentis,
Suſtinuit partes uindicis & ſtatuæ.

Ἀδήλου.

Μητρυιαὶ προγόνοισιν ἀεὶ κακόν. οὐδὲ φιλοῦσαι
σώζουσιν. Φαίδραν γνῶθι, καὶ Ἱππόλυτον.

MORVS.

Priuigno uel amans infortunata nouerca eſt.
Hippolyto grauis hoc Phædra docere poteſt.

IOAN. SLEIDANVS.

Priuignos etiam perdunt in amore nouercæ.
Phædra ſit exemplo, caſtus & Hippolytus.

Παρμενίωνος Μακεδόνος.

Μητρυιῆς δύσμηνις ἀεὶ χόλος. οὐδ' ἐν ἔρωτι
ἤπιος. οἶδα πάθη σώφρονος Ἱππολύτου.

IOAN. SLEIDANVS.





Ira nouercarum quid non deſignat amando
Lædens? Hippolyti me docet iſta malum.

ΕΙΣ ΜΥΣΤΗΡΙΟΝ.

Λουκιανοῦ.

Ἀῤῥήτων ἐπέων γλώσσῃ σφρηγὶς ἐπικείσθω.
κρεῖσσον γὰρ μύθων, ἢ κτεάνων φυλακή.

IOAN. SOTER.

Sermoni occulto linguam obijcito te ſigillum.
Verbi nam rerum longe cuſtodia præſtat,

ΕΙΣ ΝΑΟΥΣ.

Ἀντιπάτρου.

Καὶ κραναᾶς Βαβυλῶνος ἐπίδρομον ἅρμασι τεῖχος,
καὶ τὸν ἐπ' ἀλφειῷ Ζῆνα κατηυγασάμην,
κάπων τ' αἰώρημα, καὶ ἠελίοιο κολοσσόν,
καὶ μέγαν αἰπεινᾶν πυραμίδων κάματον.
μνᾶμά τε Μαυσώλοιο πελώριον. ἀλλ' ὅτ' ἐσεῖδον
ἀρτέμιδος νεφέων ἄχρι θέοντα δόμον,
κεῖνα μὲν ἠμαύρωτο τε. κὴν ἴδε νόσφιν ὀλύμπου
ἅλιος. οὐδέν πω τοῖον ἐπαυγάσατο.

Ex hoc ſumptum eſt illud

MARTIALIS.

Barbara pyramidum ſileat miracula Memphis,
Aſſyrius iactet nec Babylona labor,
Nec Triuiæ templo molles laudentur honores,
Diſſimuletq́; deum cornibus ara frequens,
Aere nec uacuo pendentia Mauſolea
Laudibus immodicis Cares in aſtra ferant.
Omnis Cæſareo cedat labor amphitheatro.

Vnum pro cunctis fama loquatur opus.

ΕΙΣ ΝΑΥΑΓΙΟΝ.

Ἰουλίου Λεωνίδου.

Ἐν ἑνὶ κινδύνους ἔφυγον δύο Μυρτίλος ὅπλῳ,
τὸν μὲν ἀριστεύσας, τὸν δ' ἐπινηξάμενος.
ἀργέστης ὅτ' ἔδυσε νεὼς τρόπιν. ἀσπίδα δ' ἔσχον.
σωθεὶς κεκριμένην ὕδατι καὶ πολέμῳ.

IOAN. SLEIDANVS.

Vnum bina mihi repulit diſcrimina telum,
Cum premerer pugna, cumq; necarer aqua.
Caurus enim puppi coſtam conuulſit: at ipſe
Scutum ſubnectens, ſic quoq; tutus eram.

Ἰουλίου Διοκλέους.

Οὐκ οἶδ' εἴτε σάκος λέξαιμί σε, τὴν ὑπὸ πολλοὺς
ἀντιπάλους πιστὴν σύμμαχον ὡπλισάμην,
εἴτε δὲ βαιὸν ἐμοὶ πόντου σκάφος. ἦ μ' ἀπὸ νηὸς
ὀλλυμένης, κόμισας νηκτὸν ἐπ' ἠϊόνας.
ἄρεος ἐν πολέμοις ἔφυγον χόλον. ἐν δὲ θαλάσσῃ,
νηρῆος. σὺ δ' ἄρ' ἧς ὅπλον ἐν ἀμφοτέροις.

IO. SLEIDANVS.

Neſcio te ſcuti compellem nomine, cuius
Robur in extremos tranſijt uſq; uiros.
An cymbæ potius, qua tum ſiſtebar harena
Poſtquam diſſilijt rupta carina mihi.
Quòd Martem fugi, quòd Nerea triſte furentem,
Acceptum refero gratus utrunq; tibi.

ΕΙΣ ΝΗΑΣ.

Ζηλωτοῦ.

Ἐς



Ἐς τί πίτυν πελάγει πιστεύετε γομφωτῆρες,
ἧς πολὺς ἐξ ὀρέων ῥίζαν ἔλυσε νότος;
αἴσιον οὐκ ἔσομαι πόντου σκάφος, ἐχθρὸν ἀήταις
δένδρεον, ἐν χέρσῳ τὰς ἁλὸς οἶδα τύχας.

IOAN. SLEIDANVS.

Pinus ego à uobis fabri quid ducor in altum?
Auſter me ualidus præcipitauit humi.
Sum uentis exoſa, mari quoq; inutilis arbor.
Fortunam pelagi nunc bene tuta ſcio.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ἐκλάσθην ὑπὸ γῆς ἀνέμῳ πίτυς. ἐς τί με πόντῳ
στέλλετε ναυηγὸν κλῶνα πρὸ ναυτιλίης.

Ἀδέσποτον.

Ἐκλάσθην ἀνέμοισι πίτυς. τί με τεύχετε νῆα,
ναυηγῶν ἀνέμων χερσόθι γευσαμένην;

MORVS.

Ventis pinus humo ſternor, quid mittor in undas?
Iam nunc paſſa prius quàm nato naufragium.

Ἄδηλον.

Τίπτε με τὴν ἀνέμοισιν ἁλώσιμον ἠλεὲ τέκτων,
Τὴν δὲ πίτυν τεύχεις νῆα θαλασσοπόρον;
οὐδ' οἰωνὸν ἔδεισας, ὅτι Βορέης μ' ἐδίωξεν
ἐν χθονί; πῶς ἀνέμους φεύξομαι ἐν πελάγει;

MORVS.

Pinus ego uentis facile ſuperabilis arbor,
Stulte quid undiuagam me facis ergo ratem?
An non augurium metuis? quum perſequitur me
In terra, Boream qui fugiam in pelago?

IO. SLEIDANVS.

Vt mare perluſtrem quid me faber impie adornas?
Sum pinus, uentis præda futura tamen.
Ten' mouet augurium? Borea uexabar & uſq;
Cum ſtarem. Pontus quæ mala porrò dabit?

Λεωνίδου ταραντίνου.

Ολκάδα πῦρ μ' ἀνέφλεξε, τόσην ἄλα μετρήσασαν
ἐν χθονὶ, τῇ πεύκας εἰς ἐμὲ κειραμένῃ.
ἦν πέλαγος δίεσωσεν ἐπ' ἠόνας, ἀλλὰ θαλάσσης
τὴν ἐμὲ γειναμένην εὗρον ἀπιστοτέρην.

MORVS.

Iam ratis æquoreas oneraria fugerat undas,
Matris at in terræ deperijt finibus,
Corripitur flammis, atq; ardens auxiliares
Quas maris hoſtiles fugerat, optat aquas,

ΕΙΣ ΟΙΝΟΝ.

Αντιπάτρου.

Υδατος ἀκρήτου κεκορημένω ἄγχι παρ' ἀστὰς
χθιζὸν ἐμοὶ κοτέων Βάκχος, ἔλεξε τάδε,
εὕδεις ἄξιον ὕπνον ἀπεχθομένων ἀφροδίτῃ.
εἰπέ μοι ὦ νήφων, πεύθεαι Ιππολύτου;
τάρβει μή τι πάθῃς ἐναλίγκιον. ὣς ὁ μὲν εἰπὼν,
ᾤχετ'. ἐμοὶ δ' ἀπὸ τοῦ οὐκ ἔτι τερπνὸν ὕδωρ.

IOAN.. SLEIDANVS.

Heſterno mihi forte die, cum fonte bibiſſem
De liquido, Bacchus talia uoce refert:
Scilicet eſt ſomnus Veneri gratiſſimus iſte,
Hippolyti nunquid cognita fama tibi?





Si ſapis, hanc metuas. Mox, hæc ubi dicta, refugit,
Nec mihi potus aquæ poſtea dulcis erat.

Φιλίππου.

Εὐθαλέα πλάτανόν με νότου βαρυλαίλαπες αὖραι,
ῥίζης ἐξ αὐτῆς ἐστόρεσαν δαπέδῳ.
λουσαμένη βρομίῳ δ' ἔστην πάλιν, ὄμβρον ἔχουσα
χείματι, καὶ θάλπει τοῦ Διὸς ἡδύτερον.
ἐλλυμένη δ' ἔζησα, μόνη δὲ πιοῦσα Λυαῖον,
ἄλλων κλινομένων, ὀρθοτέρη βλέπομαι.

IO. SLEIDANVS.

Nuper me platanum ualida cum ſtirpe reuulſam,
Exuccamq; notus præcipitauit humi.
At ſuperinfuſo facies mihi priſtina uino
Ad fuit, hoc ſummi plus ualet imbre Iouis.
Cumq; propinqua ſuo iam robore deficit arbor,
Hauſto conſpicior læta uirere mero.

Μελεάγρου.

Αἱ νύμφαι τὸν Βάκχον, ὅτ' ἐκ πυρὸς ἥλαθ' ὁ κοῦρος
νίψαν, ὑπὲρ τέφρης ἄρτι κυλιόμενον.
τοὔνεκα σὺν νύμφαις Βρόμιος φίλος. ἢν δέ νιν εἴργῃς
μίσγεσθαι, δέξῃ πῦρ ἔτι καιόμενον.

ERASMVS,

Bacchus ut è flammis puer exilijſſet, in undis
Tinxerunt nymphæ ſordidum adhuc cinere.
Hinc iunctus nymphis eſt Bacchus gratus, at ignem
Ardentem capies, hunc niſi miſcueris.

Εἰς οἶνον ἀπὸ κριθῆς.

Ιουλιανοῦ βασιλέως.

Τίς; πόθεν εἶς Διόνυσε; μὰ γὰρ τὸν ἀληθέα Βάκχον,
οὔ σ' ἐπιγιγνώσκω, τὸν Διὸς οἶδα μόνον.
κεῖνος νέκταρ ὄδωδε. σὺ δὲ, τράγου. ἦ ῥά σε Κελτοὶ
τῇ πενίῃ βοτρύων τεῦξαν ἀπ' ἀσταχύων.
τῷ σε χρὴ καλέειν Δημήτριον, οὐ Διόνυσον,
πυρογενῆ μᾶλλον, καὶ Βρόμον οὐ Βρόμιον.

ERASMVS.

Bacche quis? unde uenis? Verum tibi deiero Bacchū,
Te haud noui, tantum eſt cognitus ille Iouis.
Is nectar redolet, hircum tu. Dic age num te
E' ſpicis finxit Gallia uitis inops?
Non igitur Bacchum te dixero, ſed cerealem,
Et frumentigenā, nec Bromium, imò Bromum.

Νικηράτου.

Οἶνός τοι χαρίεντι μέγας πέλει ἵππος ἀοιδῷ,
ὕδωρ δὲ πίνων, καλὸν οὐ τέκοις ἔπος.
ταῦτ' ἔλεγεν Διόνυσε, καὶ ἔπνεεν οὐχ ἑνὸς ἀσκοῦ,
Κρατῖνος, ἀλλὰ παντὸς ὠδώδει πίθου.
τοιγὰρ ὑπὸ στεφάνοις μέγας ἔβρυεν. εἶχε δὲ κισσῷ
μέτωπον, ὥσπερ καὶ σὺ κεκροκωμένον.

¶Soter Elegiaco carmine ſic uertit.

Eſt ſonipes uati uelox in carmine Bacchus:
Viuida nam uirtus hoc ſine ineſſe nequit.
Hæc ait, haud ſpirans utrem, dulciſſime Bacche,
Plurima Cratinus dolia ſed redolens.
Læta coronatus cantabat carmina, frontem
Nanq; habet ut Liber tu redimitam hedera.

¶Citatur à quibuſdam primū huius epigrāmatis
diſtichon



diſtichon paulo diuerſius, idq; nomine
Δημητρίου ἁλικαρνασέως.

Οἶνός που χαρίεντι φέρει ταχὺς ἵππος ἀοιδῶν,
ὕδωρ δὲ πίνων χρηστὸν οὐδὲν ἂν τέκῃς.

VOLATERRANVS.

Dulce merum muſis equus eſt in carmine uelox,
Si quis aquam potes nil bene parturies.

LVSCINIVS.

Præbet equum docto uinum gratoq; poetæ,
Frigebit carmen mox ubi potat aquam.

Huic affine eſt illud

MARTIALIS.

Poſſum nil ego ſobrius, bibenti
Succurrunt mihi quindecim poetæ. Et hoc

HORATII.

Fœcundi calices quē nō fecere diſertū? Et hoc

PINDARI.

Θαρσαλέα δὲ παρὰ κρατῆρα φωνὰ γίνεται. Et

BAP. MANTVANI.

Fluit melius poſt pocula ſermo.

ΕΙΣ ΟΡΝΙΣ.

Παλλαδᾶ.

ἵπποι μὲν σφηκῶν γένεσις, ταῦροι δὲ μελισσῶν.

SOTER ITA.

E' tauro naſcuntur apes, ueſpæq; caballo.

¶Hanc metamorphoſin ſic narrat

OVIDIVS.

Nónne uides quæcunq; mora fluidoq; calore
Corpora tabuerint, in parua animalia uerti.

Iquoq; delectos mactatos obrue tauros,
(Cognita res uſu) de putri uiſcere paſſim
Florigeræ naſcuntur apes, quæ more parentum
Rura colunt, operiq; fauent, in ſpemq; laborant.
Preſſus humo bellator equus crabronis origo eſt.

¶ Prolixius autem hoc reparandarum apum artificium his uerbis docet

VERGILIVS.

Tempus & Arcadij memoranda inuenta magiſtri
Pandere, quoq; modo cæſis tam ſæpe iuuencis
Inſyncerus apes tulerit cruor, altius omnem
Expediam, prima repetens ab origine famam.
Nam quà Pellæi gens eſt formata Canopi
Accolit effuſo ſtagnantem flumine Nilum
Et circum pictis uehitur ſua rura phaſelis,
Quaq; pharetratæ uicinia Perſidis urget,
Et uiridem Aegyptum nigra fœcundat arena,
Et diuerſa ruens ſeptem diſcurrit in ora
Vſq; coloratis amnis deuexus ab Indis,
Omnis in hac certam regio iacit arte ſalutem.
Exiguus primum, atq; ipſos contractus ad uſus
Eligitur locus, hunc anguſtiq; imbrice tecti,
Parietibuſq; premunt arctis, & quatuor addunt
Quatuor à uentis obliqua luce feneſtras.
Tum uitulus bima curuans iam cornua fronte
Quæritur, huic geminæ nares & ſpiritus oris
Multa reluctanti obſtruitur, plagiſq; perempto
Tonſa per integram ſoluuntur uiſcera pellem.
Sic po tum in clauſo linquunt, & ramea coſtis
Subijciunt fragmenta, thymum, caſiaſq; uirentes.

Hoc



Hoc geritur zephyris primum impellentibus undas,
Ante nouis rubeant quàm prata coloribus, ante
Garrula quàm tignis nidum ſuſpendat hirundo.
Interea teneris tepefactus in oſſibus humor
Aeſtuat, & uiſenda modis animalia miris.
Trunca pedum primò, mox & ſtridentia pennis
Miſcentur, tenuemq; magis magis aera carpunt,
Donec ut æſtiuis effuſus nubibus imber
Erupêre, aut ut neruo pulſante ſagittæ
Prima leues ineunt ſi quando prælia Parthi.

ΕΙΣ ΠΑΡΑΜΥΘΙΑΝ.

Παλλαδᾶ.

Προσδοκίη θανάτου πολυώδυνός ἐστιν ἀνίη,
τοῦτο δὲ κερδαίνει θνητὸς ἀπολλύμενος.
μὴ τοίνυν κλαύσῃς τὸν ἀποιχόμενον βιότοιο,
οὐδὲν γὰρ θανάτου δεύτερόν ἐστι πάθος.

IO. SLEIDANVS.

Expectare necem, res plena doloribus hæc eſt:
Qui perijt, tacite gaudeat ille ſibi.
Deſine nunc tandem defunctos plangere uita,
Certus, poſt cineres nil ſupereſſe mali.

ΕΙΣ ΠΛΟΥΤΟΥΝΤΑΣ

Αδηλον.

Ην νέος, ἀλλὰ πένης. νῦν γηρῶν, πλούσιός εἰμι
ὢ μόνος ἐκ πάντων οἰκτρὸς ἐν ἀμφοτέροις,
ὃς τότε μὲν χρῆσθαι δυνάμην ὁπότ' οὐδὲν εἶχον,
νῦν δ' ὁπότε χρῆσθαι μὴ δύναμαι, τότ' ἔχω.

C. VRS. VELIVS.

Pauper

Pauper eram iuuenis, natu modo grandis abundo,
Hei, quia ſum è cunctis ſolus utroq; miſer.
Cum mihi nulla foret poteram fœliciter uti:
Nunc ubi res large ſuppetit, uſus abeſt.

LVSCINIVS.

Pauper eram iuuenis quondam, modo diues, utraq;
Heu uideor nimium iam mihi ſorte miſer.
Nam fortuna, frui rebus dum rite liceret,
Nil dedit: at præbet nunc, minus apta ſeni.

IDEM.

Pauper eram iuuenis quondam, nunc eſſe beatus
Cœpi, utraq; ſenex, hei mihi ſorte miſer.
Nanq; uti ut poteram rebus, fortuna negauit,
Serius ut ueniunt rite frui nequeo.

Παλλαδᾶ.

Χρυσὲ πάτερ κολάκων, ὀδύνης καὶ φροντίδος υἱὲ,
καὶ τὸ ἔχειν σε φόβος, καὶ μὴ ἔχειν σ' ὀδύνη.

IOAN. SOTER.

Palpantum pater æs, fili curæ atq; doloris,
Qui te habet is metuit, qui caret uſq; dolet.

¶Huc, pertinent qui à Seneca citantur, de pecuniæ tyrannide, uerſus EVRIPIDIS.

Sine me uocari peſſimum, ut diues uocer.
Nemo an bonus, an diues omnes quærimus.
Non quare & unde, quid habeas, tantum rogant,
Vbiq; tanti quiſq;, quantum habuit, fuit.
Quid habere nobis turpe ſit, quæris? nihil.
An diues, omnes quærimus: nemo, an bonus.
Aut diues opto uiuere, aut pauper mori.

Bene



Bene moritur, quiſquis moritur dum lucrum facit.
Pecunia ingens generis humani bonum
Cui non uoluptas matris, aut blandæ poteſt
Par eſſe prolis, non ſacer meritis parens.
Tam dulce ſi quid Veneris in uultu micat.
Merito illa mores cœlitum atq; hominum mouet.

¶Poſteriores ex hiſce græcos ex Athenæo citat

ERASMVS.

Ω χρυσὲ δεξίωμα κάλλιστον βροτοῖς,
ως οὔτε μήτηρ ἡδονὰς τοίας δ' ἔχει,
οὐ παῖδες ἐν δόμοισιν, οὐ φίλος πατὴρ
οἵας σὺ, χ' οἱ σὲ δώμασιν κεκτημένοι,
Εἰ δ' ἡ Κύπρις τοιοῦτον ὀφθαλμοῖς ὁρᾷ,
οὐ θαῦμ' ἔρωτας μυρίους αὐτὴν ἔχειν.

¶Pertinent & illi è Comœdia quapiam.

Τἀργύριόν ἐστιν αἷμα καὶ ψυχὴ βροτοῖς.
ὅστις δὲ μὴ ἔχει τοῦτο μηδὲ κτήσατο,
οὗτος μετὰ ζώντων τεθνηκὼς περιπατεῖ.

ERASMVS.

Argentum & anima & ſanguis eſt mortalibus.
Hoc qui caret, nec ſibi parauit ſedulo,
Viuos hic inter, mortuus circumambulat.

Λουκιανοῦ.

Πλοῦτος ὁ τῆς ψυχῆς, πλοῦτος μόνος ἐστὶν ἀληθής.
τἄλλα δ' ἔχει αὐτὴν πλείονα τῶν κτεάνων.
τόνδε πολυκτέανον, καὶ πλούσιόν ἐστι δίκαιον
κλήζειν. ὃς χρῆσθαι τοῖς ἀγαθοῖς δύναται.
εἰ δέ τις ἐν ψήφοις κατατήκεται, ἄλλον ἐπ' ἄλλῳ

εω

σωρεύειν ἀεὶ πλοῦτον ἐπειγόμενος,
οὗτος ὁποῖα μέλισσα πολυτρήτοις ἐνὶ σίμβλοις
μοχθήσει, ἑτέρων δρεπτομένων τὸ μέλι.

MORVS.

Diuitias animi ſolas ego iudico ueras.
Qui rebus pluris ſe facit ipſe ſuis,
Hunc adeo ditem, hunc opulentum rite uocamus,
Magnarum quis ſit qui uidet uſus opum.
Calculus at ſi quem miſere numerandus adurit,
Qui miſere ſemper diuitias cumulet,
Hic ut apes paruo crebroq; foramine foſſo
Sudat in alueolo, mel alij comedunt.

IO. SLEIDANVS.

Nobilis eſt animi theſaurus, nobilis ille
Poſtrema quiſquis parte locabit opes.
Diues erit uere qui fidos inter amicos
Largiter effundit parta labore bona.
Sed genium quiſquis defraudat, opesq; tenacem
Congerit in teſtam, quo numerare queat,
Qualis apes, fruſtra ſtudio complebit auaro
Vaſcula, mox fuco diripiente fauos.

Παλλαδᾶ.

Πλουτεῖς; καὶ τί τὸ λοιπόν. ἀπερχόμενος, μετὰ σαυτοῦ
τὸν πλοῦτον σύρεις εἰς σορὸν ἑλκόμενος;
τὸν πλοῦτον συνάγεις, δαπανῶν χρόνον. οὐ δύνασαι δὲ
ζωῆς σωρεῦσαι μέτρα περιοσότερα.

IO. SLEIDANVS.

Quò tibi diuitiæ? num poſt quoq; fata ſepulchro
Ingeris? & ſocias putre cadauer habes?





Ne tenuis uideare, perit male temporis ingens
Portio, nam uitæ nil potes adijcere.

Σόλωνος.

Πολλοὶ μὲν πλουτοῦσι κακοὶ, ἀγαθοὶ δὲ πένονται.
Ἀλλ' ἡμεῖς αὐτοῖς οὐ διαμειψόμεθα
Τῆς ἀρετῆς τὸν πλοῦτον, ἐπεὶ τὸ μὲν ἔμπεδόν ἐστι
χρήματα δ' ἀνθρώπων ἄλλοτε ἄλλος ἔχει

LODO. IAVSSERANDVS.

Diteſcunt pleriq; mali: contrà urget egeſtas
Sæpe bonos: nobis ſors tamen iſta placet.
Tutæ diuitiæ uirtutis: cætera fumus,
Ex hominumq; bonis eſt alijs aliud.

ΕΙΣ ΠΟΙΗΤΑΣ.

Ερώτησις Ομήρου.

Ανδρες ἀπ' ἀρκαδίης ἁλιήτορες. ἦ ῥ' ἔχομέν τι;

IOAN. SOTER.

Num quid Arcadij cepiſtis? dicite amici.

Απόκρισις.

ὅσσ' ἕλομεν, λιπόμεσθ'. ὅσσ' οὐχ ἕλομεν. φερόμεσθα.

VITVS VVINTZ.

Quod captū eſt, perijt: ſed quæ nō cepimus, adſunt,
¶ Hoc reſponſo audito, hoc diſtichon fecit

HOMERVS.

Τοίων γὰρ πατέρων ἐξ αἵματος ἐκγεγάατε
οὔτε βαθυκλήρων, οὔτ' ἄσπετα μῆλα νεμόντων.

VITVS.

Qui uos ò pueri tales genuere parentes
Certe non humili penitus, nec ſorte ſuprema.

¶Libet & hoc loco adſcribere Homeri Caminũ,

καὶ τὰ Εἰρεσιώνη.

## ΚΑΜΙΝΟΣ.

εἰ μὲν δώσετε μισθὸν, ἀείσω ὦ κεραμῆες.
δεῦρ' ἄγ' ἀθηναίη, καὶ ὑπείρεχε χεῖρα καμίνου.
εὖ δὲ μελανθεῖεν κότυλοι, καὶ πάντα μάλ' ἱρά.
φρυχθῆναί τε καλῶς, καὶ τιμῆς ὦνον ἀρέσθαι.
πολλὰ μὲν εἰν ἀγορῇ πωλεύμενα, πολλὰ δ' ἀγυιαῖς,
πολλὰ δὲ κερδῆναι, ἡμῖν δὲ δὴ ὥς σφι νοῆσαι.
ἢν δ' ἀπ' ἀναιδείην τρεφθέντες ψεύδη ἄρησθε.
συγκαλέω δ' ἤπειτα καμίνων δηλητῆρας.
σύντριβ' ὁμῶς μάραγόν τε καὶ ἄσβεστον, ἠδέ γ' ἄβακτον,
ὠμόδαμόν θ' ὃς τῇδε τέχνῃ πολλὰ κακὰ πορίζει.
πεῖθε πυραίθουσαν, καὶ δώματα, σὺν δὲ κάμινος
πᾶσα κυκηθείη κεραμέων μέγα κωκυσάντων.
ὡς γνάθος ἱππείη βρύθει. βρύκοι δὲ κάμινος.
πάντ' ἔντοσθ' αὐτοῦ κεραμήϊα λεπτὰ ποιοῦσα.
δεῦρο καὶ ἠελίου θυγάτηρ πολυφάρμακε κίρκη,
ἄγρια φάρμακα βάλλε, κάκου δ' αὐτούς τε, καὶ ἔργα
δεῦρο δὲ καὶ χείρων ἀγέτω πολέας κενταύρους
οἵ θ' ἡρακλείους χεῖρας φύγον, οἵ τ' ἀπόλλοντο.
τύπτοιεν τάδ' ἔργα κακῶς, τύπτοι δὲ κάμινον.
αὐτοὶ δ' οἰμώζοντες ὁρῷατο ἔργα πονηρά.
γηθήσω δ' ὁρόων αὐτῶν κακοδαίμονα τέχνην.
ὃ δ' ἔχ' ὑπερκύψει περὶ ταῦτα πᾶν τὸ πρόσωπον
φλεχθείη. ὡς πάντες ἐπίσαιντ' αἴσιμα ῥέζειν.

VITVS.





Si mihi mercedem dabitis figuli, iſta canemus.
Huc ades ô Pallas dextraq; foueto caminum,
Pulchre ut dureſcant calices, & mollia cuncta
Siccenturq; probe, & figulis lucra magna reportent
Vendita, perq; forum multa & per compita multa,
Sic illis quæſtus creſcat, prudentia nobis:
At ii depoſito iuuat irridere pudore,
Huc precor ut peſtes ueniant quæcunq; per orbem
Graſſantur, fundant & in hunc mala cũcta caminũ.
Contere tu Pallas flammamq; & uaſa camini,
Ille licet rapido multum nunc ferueat æſtu.
Inſuper Omodamum perdas qui damna dat arti.
Omnia miſceto, fornacem, uaſa, domumq;,
Vt fragor immenſus fiat, figuliq; tremiſcant,
Non ſecus ac malæ crepitu clauduntur equinæ.
Sic ſubita fornax crepitetq; cadatq; ruina,
Inq; lutum redeant calices & uaſa minuta.
Huc quoq; Solis ades nata incantare perita,
Inq; ipſos & opus tua noxia ſparge uenena.
Huc ducat longo centauros agmine Chiron,
Quiq; manu Herculea cecidere ſuperq; fuerunt.
Illi contundant opus omne, ipſumq; caminum
In nihilum penitus redigant: figuli iſta uidentes,
Plorent & lachrymis ſpectent ingentia damna.
Improbitatis ego ſpectabo hæc præmia lætus.
Deniq; qui pronus fornacem reſpicit, illi
Flamma uorax faciem rapiat, penituſq; perurat.
Sic ſcelus agnoſcent omnes, atq; inde cauebunt.

ΕΙΡΕΣΙΩΝΗ.

Δῶμα προσετραπόμεσθ' ἀνδρὸς μέγα δυναμένοιο,
ὃς μέγα μὲν δύναται, μέγα δὲ βρέμει ὄλβιος αἰεί.
αὐτὰρ ἀνακλίνεσθε θύραι, πλοῦτος γὰρ εἴσεισι
πολλός, σὺν πλούτῳ δὲ καὶ εὐφροσύνη τεθαλυῖα
εἰρήνη τ' ἀγαθή, ὅσα δ' ἄγγεα μεστὰ μὲν εἴη.
κυρβαίη δ' αἰεὶ κατὰ καρδόπου ἕρποι μάζα.
τοῦ παιδὸς δὲ γυνὴ κατὰ διφράδα βήσεται ὔμμιν.
ἡμίονοι δ' ἄξουσι κραταίποδες ἐς τόδε δῶμα.
αὐτὴ δ' ὑφαίνοι ἱστὸν ἐπ' ἠλέκτρῳ βεβαυῖα.
νεῦμαί σοι νεῦμαι ἐνιαύσιος, ὥς τε χελιδὼν,
ἕστηκ' ἐν προθύροισι, καὶ εἰ μέν τι δώσεις, εἰ δὲ μή,
οὐχ ἑστήξομεν, οὐ γὰρ συνοικήσοντες ἐνθάδ' ἤλθομεν.

VITVS.

Venimus ad magnas ædes, ciuemq; potentem,
Cuius diuitijs reſonat domus atq; redundat.
Vos aditum præbete fores, fœliciter intrent
Diuitiæ, & requies hilaris charitesq; ſequantur.
Vaſa opibus tumeant, nihil hic uideatur inane,
Sintq; laboratæ Cereris repleta caniſtra.
Excelſo curru hic mirus portetur, & ipſam
Veloci curſu reuehant ad limina muli.
Hæc premat electrum pedibus, telaq; laboret.
Aſt ego uos repetam, repetam profecto quotannis,
Non ſecus atq; redit ſub tectum garrula Progne.
Aſſumus in porta ſeu munera ferre placebit,
Seu nihil, eſt tamen hinc abeundi certa uoluntas.
Non etenim hic habitare diu nec adeſſe putamus.

Ἀδήλου.

Ζήτει



Ζήτει σεαυτῷ δόξαν ἐγκαταλιπεῖν.
Καλῶς ἀκούειν μᾶλλον ἢ πλουτεῖν θέλε.
Κενῆς δὲ δόξης οὐδὲν ἀθλιώτερον.

LODO. IAVSSERANDVS.

Stude tibi ipſi gloriam relinquere.
Audire malis bene, uocari quàm potens.
Nam quid leui miſerius habeas gloria?

Φιλίππου.

Οὐρανὸς ἄστρα τάχιον ἀποσβέσει, ἢ τάχα νυκτὸς
  ἠέλιος φαιδρὴν ὄψιν ἀπεργάσεται.
καὶ γλυκὺ νᾶμα θάλασσα βροτοῖς ἀροτήσιμον ἕξει.
  καὶ νέκυς εἰς ζωῶν χῶρον ἀναδράμεται,
ἢ ποτε Μαιονίδαο βαθὺ κλέος, οὔνομ' Ὁμήρου,
  λήθη γηραλέων ἁρπάσεται σελίδων.

IO. SLEIDANVS.

Aſtra prius cœlo deerunt, & ſole ſub ipſo
  Obſcuræ facies ſplendida noctis erit,
Ante, maris fuerit dulcis quoq; fluxus acerbi.
  Mortuus è tumulo ſurget & ante ſuo,
Quàm pereat magni cultiſſima Muſa poetæ,
  Qui nunc à cæco lumine nomen habet.

¶Huc pertinet inclyta illa Aufeni apud Macrobium de Homero ſententia, quam ſic expreſſit

C. VRS. VELIVS.

Sed prius Alcidæ nodoſæ robora clauæ
Abſtuleris, fulmenq; Ioui, quàm carmen Homero.

IDEM.

Tu prius Alcidæ clauam, fulmenq; Tonanti,
  Mæonio uerſus abſtulerisq; ſeni,

 Quàm

Quàm cyathum excutias Germano. Quatuor iſta
Vllius fieri poſſe negantur ope.
Attamen efficies tu quatuor iſta, priuſquam,
Auſonio pueri. Dicere cuncta pudet.

IDEM.

Cum tria ſint paſſim fieri quæ poſſe negantur,
Quæ nemo abſtulerit quamlibet ipſe ualens:
Robur ab Alcida, fulmen Ioue, carmen Homero,
Pontice quartum addis, pocula Theutonico.
Quatuor his grauius liceat coniungere quintum,
Auſonio pathici. Scis puto quid ſequitur.

ΕΙΣ ΣΑΠΦΩ.

Πλάτωνος.

Ἐννέα τὰς μούσας φασίν τινες ὡς ὀλιγώρως.
ἠνὶ δὲ καὶ Σαπφὼ λεσβόθεν ἡ δεκάτη.

AVSONIVS.

Lesbia pierijs Sappho ſoror addita Muſis,
εἰμ' ἐνατὴ λυρικῶν, ἀονιδῶν δεκάτη.

MORVS.

Muſas eſſe nouem referunt, ſed prorſus aberrant,
Lesbica nam Sappho pieris eſt decima.

G. LILIVS.

Quàm temere dixere nouem quidam eſſe ſorores
Muſarum, en Sappho Lesbia adeſt decima.

HERM. A' NOVA AQVILA CO.

Eſſe nouem falsò quidam dixere camœnas,
Ipſa etenim Sappho Lesbia iam decima eſt.

Ὅσαι μοῦσαι, καὶ οἷαι.

Καλλιόπη, σοφίην ἡρωΐδος εὗρεν ἀοιδῆς.





Κλειὼ καλλιχόρου κιθάρις μελιηδέα μολπήν.
Εὐτέρπη, τραγικοῖο χοροῦ πολυηχέα φωνήν.
Μελπομένη, θνητοῖσι μελίφρονα βάρβιτον ηὗρε.
Τερψιχόρη χαρίεσσα, πόρεν τεχνήμονας αὐλούς.
ὕμνους ἀθανάτων Ἐρατὼ πολυτερπέας εὗρε.
τέρψιας ὀρχηθμοῖο Πολύμνια πάνσοφος εὗρεν.
ἁρμονίην πάσαισι Πολύμνια δῶκεν ἀοιδαῖς.
Οὐρανίη, πόλον εὗρε, καὶ οὐρανίων χορὸν ἄστρων.
κωμικὸν εὗρε Θάλεια βίον τε, καὶ ἤθεα κεδνά.

¶ De Muſis & earum inuentis ſic

VERGILIVS.

Clio geſta canens tranſactis tempora reddit.
Melpomene tragico proclamat mœſta boatu.
Comica laſciuo gaudet ſermone Thalia.
Dulciloquis calamos Euterpe flatibus urget.
Terpſichore affectus citharis mouet, imperat, auget.
Plectra gerens Erato ſaltat pede, carmine, uultu.
Carmina Calliope libris heroica mandat.
Vrania cœli motus ſcrutatur & aſtra.
Signat cuncta manu, loquitur Polyhymnia geſtu.
Mentis Apollineæ uis has mouet undiq; Muſas.
In medio reſidens complectitur omnia Phœbus.

FAVSTVS ANDREL.

Nanq; meas uarijs mulcebat cantibus aures
Cœleſtes referens Muſa nouena ſonos.
Has medias nitida luſtrabat lampade Phœbus,
Rectus & ex illo principe cœtus erat.
Priſcaq; conuoluens & geſta recentia Clio
Retulit in faſtis tempora ſcripta ſuis.

Euterpe calamos inflabat læta ſonoros.
 Terpſichore cantus aſſociante pares.
Et quæ uincta manet tenui comœdia ſocco,
 Prolata eſt uerbis blanda Thalia tuis.
Stabat Melpomene rubeis induta cothurnis,
 Et tragicum mœſta uoce canebat opus,
Nec minus ô Erato terram dimenſa profundam
 Monſtrabas ſpatio quanta ſit illa ſuo.
Ipſaq; rhetoricis facunda Polymnia neruis,
 Miſcuit Actei dulcia mella faui.
Quinetiam aſſidua rapti uertigine cœli,
 Vrania citum docta notabat iter.
Heroum ingenti carmen reboabat hiatu
 Excellens reliquas Calliopea deas.
At tu Phœbe potens Cyllenia pectine dona
 Tangebas longis conſpiciende comis.

Ἀδέσποτον.

Ἡρόδοτος μούσας ὑπεδέξατο. τῶν δ' ἄρ' ἑκάστη
 ἀντὶ φιλοξενίης βίβλον ἔδωκε μίην.

IOAN. SLEIDANVS.

Herodotus, cum ſe Muſis præberet amicum,
 Abſtulit à quauis gratificante librum.

IOAN. SOTER.

Dona olim Herodoto donarunt ſingula Muſæ
 Librum unum, extorres cum hoſpitio exciperet.

ALITER.

Hoſpitio Herodotus Muſas ſuſcepit, at illæ
Singula pro xenio uolumina docta dedêre.

ΕΙΣ ΠΟΛΕΙΣ.





Γερμανικοῦ.

Ἕκτορ ἀρήϊον αἷμα, κατὰ χθονὸς εἴπου ἀκούεις,
 χαῖρε, καὶ ἄμπνευσον βαιὸν ὑπὲρ πατρίδος.
Ἴλιον οἰκεῖται, κλεινὴ πόλις, ἄνδρας ἔχουσα
 σοῦ μὲν ἀφαυροτέρους, ἀλλ' ἔτ' ἀρηϊφίλους.
Μυρμιδόνες δ' ἀπόλοντο. παρίστασο, καὶ λέγ' Ἀχιλλεῖ
 Θεσσαλίην κεῖσθαι παισὶν ὑπ' Αἰνεάδαις.

MORVS.

Gradiui genus Hector aue, ſi quid ſub humo audis,
 Reſpira, & patriæ nomine creſce tuæ.
Ilios urbs colitur nunc inclyta, gens colit illam
 Quàm tu Marte minor, Martis amica tamen.
Myrmidones periere, ades & dic Hector Achilli,
 Eſſe ſub Aeneadis undiq; Theſſaliam.

ΕΙΣ ΠΟΝΗΡΟΥΣ.

Ἄδηλον.

Φασὶ παροιμιακῶς, κἂν μῦς δάκοι ἄνδρα πονηρόν.
 ἀλλὰ τόδ' οὐχ οὕτω φημὶ προσῆκε λέγειν.
ἀλλὰ δάκοι κἂν μῦς ἀγαθούς, καὶ ἀπράγμονας ἄνδρας,
 τὸν δὲ κακὸν δεδιὼς, δήξεται οὐδὲ δράκων.

MORVS.

Auſus erit mordere malum uel mus, uetus hoc eſt
 Verbum, ſed longe res habet illa ſecus.
Innocuos audet uel mus mordere, nocentem
 Tangere non audet territus ipſe draco.

IOAN. SLEIDANVS.

Increbuit uulgo, uel murem lædere prauos,
 Me tamen hic ſermo iudice falſus erit.

Mordeat imò uirum uel mus ſine fraude doloq́;
Vitabitq́; timens anguis & ipſe malum.

ΕΙΣ ΠΟΡΝΑΣ.

Παλλαδᾶ.

Τὴν Κίρκην οὔ φημι, καθὼς εἴρηκεν Ὅμηρος,
ἀντ᾽ ἀνδρῶν ποιεῖν ἢ σύας, ἠὲ λύκους,
τοὺς αὐτῇ προσιόντας. ἑταίρα δ᾽ οὖσα πανοῦργος,
τοὺς δελεασθέντας πτωχοτάτους ἐποίει.
τῶν δ᾽ ἀνθρωπείων ἀποσυλήσασα λογισμῶν,
εἶτ᾽ ἀπὸ τῶν ἰδίων μηδὲν ἔχοντας ἔτι,
ἔτρεφεν ἔνδον ἔχουσα, δίκην ζώων ἀλογίστων,
ἔμφρων δ᾽ ὢν Ὀδυσεὺς, τὴν νεότητα φυγὼν,
οὐχ Ἑρμοῦ, φύσεως δ᾽ ἰδίας ἔμφρονα λογισμὸν
εἶχε. γοητείας φάρμακον ἀντίπαλον.

IOAN. SLEIDANVS.

Non, ut Homerus ait, triſti medicamine, lectos
Hoſpitio Circe reddidit ipſa ſues.
Pauperior ſed, quiſquis erat, diſceſſit ab illa,
Nam meretrix quondam pernicioſa fuit.
Exutosq́; ſua prorſus ratione maritos
Fornice continuit, non ſecus atq; feras.
Et tamen hanc ſtrenuè deluſam ſpreuit Vlyſſes
Inſigni rerum cognitione ualens.
Mercurioq́; datam nec fas eſt credere moly,
Ille ſed ingenio reppulit uſq; dolum.

ΕΙΣ ΠΤΩΧΟΥΣ.

Παλλαδᾶ.

Μηδέποτε ζήσας ὁ πένης βροτὸς, οὐδ᾽ ἀποθνήσκει.





καὶ ζῆν γὰρ δοκέων, ὡς νέκυς ἦν ὁ τάλας.
οἱ δὲ τύχας μεγάλας, καὶ χρήματα πολλὰ λαχόντες,
οὗτοι τὸν θάνατον πλοῦσιν ἔχουσι βίου.

MORVS.

Nunquam uixiſti ò pauper, nunquam morieris,
Nempe miſer, uiſus uiuere, mortuus es.
At quibus immenſa eſt fortuna, pecunia multa,
His uitæ finem mors aliquando facit.

IOAN. SLEIDANVS.

Parcunt fata uiro, quem rerum preſſit egeſtas,
Nunquam uixit enim, qui modo uixit inops.
At quibus eſt res ampla domi, fortunaq́; mater,
Abſtrahit hos opibus parca ſeuera ſuis.

Ἀδέσποτον.

Χρήματα καὶ πόρναις παραγίγνεται. οὐκ ἀλεγίζω.
μισείτω με τάλας χρυσὸς ὁ πορνοφίλας.

IO. SLEIDANVS.

Aurum uile mihi eſt, auro quoque ſcorta beantur.
Me, quod ſcorta fouet, non amet opto, bonum.

ΕΙΣ ΣΙΩΠΗΝ.

Παλλαδᾶ.

Ἡ μεγάλη παίδευσις ἐν ἀνθρώποισι, σιωπή.
μάρτυρα Πυθαγόραν τὸν σοφὸν αὐτὸν ἔχω.
ὃς λαλέειν εἰδὼς, ἑτέρους ἐδίδασκε σιωπᾶν.
φάρμακον ἡσυχίης ἐγκρατὲς εὑράμενος.

MORVS.

Rebus in humanis magna eſt doctrina tacere.
Teſtis erit ſapiens hic mihi Pythagoras.

Nempe loqui doctus, reliquos docet ille tacere,
Magnum hoc ad requiem pharmacon inueniens.

Incerti interpretis.

Non mediocre bonum ſeruata ſilentia præbent,
Huius Pythagoras non leuis autor erit.
Qui fari callens, alios reticere docebat,
Inueniens monitis corda quieta ſuis.

Τοῦ αὐτοῦ.

πᾶς τις ἀπαίδευτος φρονιμώτατός ἐστι σιωπῶν,
τὸν λόγον ἐγκρύπτων ὡς πάθος αἴσχρότατον.

IOAN. IORDANVS.

Dum tacet indoctus, tum eſt prudentiſſimus: atq;
Turpe uelut uitium pectore uerba tegit.

ΕΙΣ ΣΟΦΙΑΝ.

Παύλου Σιλεντιαρίου.

Οὐ τὸ ζῆν χαρίεσσαν ἔχει φύσιν, ἀλλὰ τὸ ῥῖψαι
φροντίδας ἐκ στέρνων τὰς πολιοκροτάφους.
πλοῦτον ἔχειν ἐθέλω τὸν ἐπάρκιον. ἡ δὲ περισσὴ
θυμὸν ἀεὶ κατέδει χρυσομανὴς μελέτη.
ἔνθεν ἐν ἀνθρώποισιν ἀρείονα πολλάκι δήεις
καὶ πενίην πλούτου, καὶ θάνατον βιότου.
ταῦτα σὺ γιγνώσκων, κραδίης ἴθυνε κελεύθους,
εἰς μίαν εἰσορόων ἐλπίδα, τὴν σοφίην.

IOAN. SLEIDANVS.

Ni quis ab immodicis animum ſubduxerit omnem
Curis, iam uitæ gratus abibit honos.
Quod ſatis eſt, cupio, mihi porrò diſplicet auri
Sæuus amor, mentem lædere nanq; ſolet.

Diui



Diuitijsq; ferè, (nimium peccatur utrinq;)
Pauperies, uita morsq; petenda magis.
Propterea, quocunq; demum fortuna uocarit
Conſilio prudens res moderare tuas.

ΕΙΣ ΣΥΓΚΡΙΣΙΝ.

Αδηλον.

Εἰ κύκνῳ δύναται κόρυδος παραπλήσιον ᾄδειν,
τολμῷεν δ᾽ ἐρίσαι σκῶπες ἀηδονίσιν.
εἰ κόκκυξ τέττιγος ἐρεῖ λιγυρώτερος εἶναι,
ἶσα ποιεῖν καὶ ἐγὼ Παλλαδίῳ δύναμαι.

C. VRS. VELIVS.

Si corydus cantu queat eſſe propinquus olori,
Aut ululæ tecum ſi philomela ſonent,
Cuculus & cupiat uocalior eſſe cicada,
Tum uel ego uerſu par ero Palladio.

IOAN. SLEIDANVS.

Si corydus cigni uocem formare canendo,
Luſciniæq; poteſt reddere pica ſonum.
Obſtreperam ſi forte queat ſuperare cicadam
Coccyx, perſcribam qualia Palladius.

ΕΙΣ ΣΩΦΡΟΣΥΝΗΝ.

Αδηλον.

Σωφροσύνη, καὶ ἔρως, κατ᾽ ἐναντίον ἀλλήλοισιν
ἐλθόντες, ψυχὰς ὤλεσαν ἀμφότεροι.
Φαίδρην μὲν κτεῖνεν πυρόεις πόθος Ἱππολύτοιο,
Ἱππόλυτον δ᾽ ἁγνὴ πέφνε σαοφροσύνη.

MORVS.

Hi duo detraxere duos, inceſtus & almus,
Dum contra occurrunt, hinc amor, inde pudor.

Phæ

Phædrā amor Hippolyti cōſumpſerat igneus, ipſum
  Interimitq́; ſacer proh dolor Hippolytum,

Παλλαδᾶ.

Νηδὺν ἀναίσχυντον στιβαροῖς ᾔσχυνα λογισμοῖς,
  σωφροσύνῃ κολάσας ἔντερον ἀργαλέον.
εἰ γὰρ ἔχω τὸν νοῦν ἐπικείμενον ὕψόθι γαστρὸς
  πῶς μὴ νικήσω τὴν ὑποτασσομένην;

IOAN. SLEIDANVS.

Quanquam uentris erat gurges nimiū uſq; moleſtus,
  Hunc mihi ſubieci ſobrietate tamen.
Cumq́; ſit inferior uenter ratione magiſtra,
  Nónne queat facili uincier ille manu.

ΕΙΣ ΤΥΧΗΝ.

Αδηλον.

Ελπὶς, καὶ σὺ Τύχη, μέγα χαίρετε. τὸν λιμέν᾽ εὗρον,
  οὐδὲν ἐμοὶ χὐμῖν, παίζετε τοὺς μετ᾽ ἐμέ.

MORVS.

Iam portum inueni, Spes & Fortuna ualete.
  Nil mihi uobiſcum eſt, ludite nunc alios.

G. LILIVS.

Inueni portum, Spes & Fortuna ualete.
  Nil mihi uobiſcum, ludite nunc alios.

Λουκιανοῦ.

Αγρὸς ἀχαιμενίδου γενόμην ποτὲ, νῦν δὲ μενίππου.
  καὶ πάλιν ἐξ ἑτέρου βήσομαι εἰς ἕτερον.
καὶ γὰρ ἐκεῖνος ἔχειν με ποτ᾽ ᾤετο, καὶ πάλιν οὗτος
  οἴεται. εἰμὶ δ᾽ ὅλως οὐδενὸς, ἀλλὰ τύχης.

G. LILIVS.

Nuper



Nuper Achæmenidæ, ſed nunc ſumus arua Menippi,
  Et nunc hunc rurſus, nunc alium petimus.
Ille etenim nuper, nunc & nos alter habere
  Se putat. at nobis nil niſi uſus ineſt.

MORVS.

Nuper Achæmenidæ fueram, nunc ecce Menippi,
  Adq́; alium rurſus deueniam ex alio.
Me proprium nūc iſte putat, proprium ille putabat.
  Aſt ego nullius ſum, niſi ſortis ager.

C. VRS. VELIVS.

Fundus Achæmenidæ fueram nunc cedo Menippo,
  Mox alium rurſus, mox aliumq́; ſequar.
Vtq́; ſuum hic credit, ſic me prius ille putauit,
  Sed me, Fortunæ ſum, quia nullus habet.

Αγαθίου.

Γριπεύς τις μογέεσκεν ἐπ᾽ ἰχθύσι. τὸν δ᾽ ἐσιδοῦσα
  εὐκτέανος κούρη, θυμὸν ἔκαμνε πόθῳ.
καί μιν θῆκε σύνευνον. ὃ δ᾽ ἐκ βιότοιο πενιχροῦ
  δέξατο παντοίης ὄγκον ἀγηνορίης.
ἡ δὲ Τύχη γελόωσα, παρίστατο. καὶ ποτὶ Κύπριν
  οὐ τεὸς οὗτος ἀγὼν, ἀλλ᾽ ἐμός ἐστιν, ἔφη.

MORVS.

Piſces dum captat piſcator, diuitis illum
  Nata uidet, uiſi flagrat amore uiri.
Deinde uiro nubit. Sic illi ex paupere uita,
  Magna ſuperbarum copia uenit opum.
Aſtitit & ridens Fortuna ait, heu Venus haud iam
  Mars erat iſte tuus, Mars erat iſte meus.

ALITER.

Mars

Mars erat iſte meus, Venus inquit, uerba retorquēs,
Illico ſors eadem, Mars erat iſte meus.

Εἰς ἄρχοντα ἀνάξιον τῆς τοιαύτης προαγωγῆς.

Οὐκ ἐθέλουσα τύχη σε προήγαγεν, ἀλλ' ἵνα δείξῃ,
ὡς ὅτι καὶ μέχρι σοῦ πάντα ποιεῖν δύναται.

MORVS.

Non tibi quòd faueat, ſic te fortuna leuauit,
Sed de te liqueat, uult ſibi quid liceat.

Παλλαδᾶ.

Οὐ λόγον, οὐ νόμον οἶδε τύχη. μερόπων δὲ τυραννεῖ
τοῖς ἰδίοις ἀλόγως ῥεύμασι συρομένη.
μᾶλλον τοῖς ἀδικοῖσι ῥέπει, μισεῖ δὲ δικαίους
ὡς ἐπιδεικνυμένη τὴν ἄλογον δύναμιν.

IO. SLEIDANVS.

Iudicio Fortuna carens mortalibus ægris
Imperat, ac uarie quælibet una regit.
Quinetiam eſt inimica bonis, ac ſemper iniquos
Promouet, imperium damnat & ipſa ſuum.

Παλλαδᾶ.

Παιγνιόν ἐστι τύχης μερόπων βίος, οἰκτρὸς ἀλήτης
πλούτου, καὶ πενίης μεσσόθι ῥεμβόμενος.
καὶ τοὺς μὲν κατάγουσα, πάλιν σφαιρηδὸν ἀείρει.
τοὺς δ' ἀπὸ τῶν νεφελῶν, ἐς ἀΐδην κατάγει.

Incerti Interpretis.

Sola hominum uitam præceps Fortuna gubernat,
Inter diuitias pauperiemq; locans.
Quos prius euertit, rurſum ſublime uolutat.

Quos



Quos leuat ad nubes, hos ad auerna trahit.

IO. SLEIDANVS.

Ludit in humanis rebus Fortuna, & ab omni
Parte repentinus naſcitur uſq; dolor.
Euehit hæc rurſum, miſere quos presſerat ante.
Præcipitatq; ſolo, quos modo ad aſtra tulit.

Ἀδήλου.

Πολλὰ τὸ δαιμόνιον δύναται, κἂν ᾖ παράδοξα.
τοὺς μικροὺς ἀνάγει, τοὺς μεγάλους κατάγει.
καὶ σοῦ τὴν ὀφρὺν, καὶ τὸν τῦφον καταπαύσει,
κἂν ποταμὸς χρυσοῦ νάματά σοι παρέχῃ.
οὐ θρύον, οὐ μαλάχην ἄνεμός ποτε, τὰς δὲ μεγίστας
ἢ δρύας, ἢ πλατάνους, οἶδε χαμαὶ κατάγειν.

IO. SLEIDANVS.

Multa poteſt Fortuna, uel inſperata, potenteis
Deijcit, ac tenueis ſubuehit illa uiros.
Illa ſupercilium tibi protinus auferet, & ſi
Aurifero madeat flumine tota domus.
Ventus enim malua, limoſaq; abſtinet ulua,
Sed ueteres ornos exagitare ſolet.

¶ Fortunæ inconſtantiam optime ſic deſcripſit

VERGILIVS.

Fortuna omnipotens inſipientibus,
Tantum iuris atrox quæ tibi uendicas,
Euertisq; bonos, eligis improbos,
Nec ſeruare potes muneribus fidem.
Fortuna immeritos auget honoribus,
Fortuna innocuos cladibus afficit.
Iuſtos illa uiros pauperie grauat,

In

Indignos eadem diuitijs beat.
Hæc aufert iuuenes, & retinet ſenes,
Iniuſto arbitrio tempora diuidens.
Quod dignis adimit, tranſit ad impios,
Nec diſcrimen habet, rectaq́; iudicat,
Inconſtans, fragilis, perfida, lubrica,
Nec quos clarificat, perpetuo fouet.
Nec quos deſeruit, perpetuo premit.

ΕΙΣ ΥΠΕΡΟΨΙΑΝ.

Παλλαδᾶ.

Αν μνήμης ἄνθρωπε λάβῃς ὁ πατήρ σε τί ποιῶν
ἔσπειρεν, παύσῃ τῆς μεγαλοφροσύνης.
ἀλλ᾽ ὁ Πλάτων σοι τῦφον ὀνειρώσσων ἐνέφυσεν,
ἀθάνατόν σε λέγων, καὶ φυτὸν οὐράνιον.
ἐκ πηλοῦ γέγονας, τί φρονεῖς μέγα; τοῦτο μὲν οὕτως
εἶπ᾽ ἄν τις κοσμῶν πλάσματι σεμνοτέρῳ.
εἰ δὲ λόγον ζητεῖς τὸν ἀληθινόν, ἐξ ἀκολάστου
λαγνείας γέγονας, καὶ μιαρᾶς ῥανίδος.

MORVS.

Heus homo ſi memor es, quid te dum gigneret, egit
Tum pater, ex animo iam tumor ille cadet.
At Plato te factum dum ſomniat, inflat inani,
Aeternumq́; uocat ſemen & æthereum.
Factus es ecce luto, quid ſuſpicis alta? ſed iſtud
Plaſmate qui te ornat, nobiliore feret.
Quin ſi uera uoles audire, libidine fœda
Natus es è coitu, guttula & è miſera.

C. VRS. VELIVS.

Quid pater egit, homo, cum te tuus ederet olim

Sire



Si recolas, tumida mente ferêre minus.
Sed Plato te faſtu complet, dum cœlitus ortum
Somniat, ætheraeæ ſtirpis & eſſe genus.
Nate luto nam quid turges? ſic plaſmate dicet
Si quis honeſtatum nobiliore uelit.
Quin ſi uera petis, te flagitioſa libido
Seuit, & è ſpurco uita liquore tua eſt.

ΕΙΣ ΦΘΟΝΟΝ.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ο φθόνος οἰκτιρμοῦ μετὰ Πίνδαρόν ἐστιν ἀμείνων.
οἱ βασκαινόμενοι, λαμπρὸν ἔχουσι βίον.
τοὺς δὲ λίαν ἀτυχεῖς, οἰκτείρομεν. ἀλλά τις εἴην
μήτ᾽ ἄγαν εὐδαίμων, μήτ᾽ ἐλεεινός ἐγώ.
ἡ μεσότης γὰρ ἄριστον. ἐπεὶ τὰ μὲν ἄκρα πέφυκε
κινδύνους ἐπάγειν, ἔσχατα δ᾽ ὕβριν ἔχει.

MORVS.

Inuidia eſt peior miſeratio, Pindarus inquit.
Fœlici inuidiam ſplendida uita facit.
At nimium miſeros, miſeramur, Pindarus inquit,
Hei nimium fœlix, nec miſerandus ego.
Scilicet extremis longe mediocria præſtant.
Infima calcantur, ſumma repente ruunt.

ERASMVS.

Peior liuore eſt miſeratio, Pindarus inquit,
Nam ſunt fœlices quos petit inuidia.
Horum nos contra miſeret, quorum aſpera ſors eſt.
At mihi donari non cupio alterutrum,
Vt nimium fœlix, uel ſim miſerabilis ulli,
Nam præſtat cunctis rebus adeſſe modum.

K Quan

Quandoquidem celſæ uicina pericula ſorti,
Imaq; deprimitur non toleranda ferens.

NICO. HAMERVS.

Multo eſt quàm miſeri melior ſors inuidioſi.
Eſt magis inuiſis ſplendida uita uiris,
Me ærumnis nimium confectorum miſereſcit,
At quibus æqua parum ſors, nihil inuideo.
Optima ſunt ſemper mediocria, ſumma periclis
Vexantur crebris, infima conuicijs.

Ἄδηλον.

ὁ φθόνος ἐστὶ κάκιστον, ἔχει δέ τι καλὸν ἐν αὐτῷ.
τήκει γὰρ φθονερῶν ὄμματα καὶ κραδίην.

IOAN. SOTER.

Peſſima res liuor, ſolamen quoddam habet in ſe,
Liuido enim exagitat lumina corq; ſimul.

Ἄδηλον.

ὁ φθόνος αὐτὸς ἑαυτὸν ἑοῖς βελέεσσι δαμάζει. SOTER.
Liuidus ipſe domat proprio ſe uindice telo.

¶Liuorem graphice ſic nobis depinxit

AVREL. AVGVRELLVS.

Ibam forte, ſalubribus
Quà lymphis Aponus perfurit, anxius
Quæ tantum liquido ignium
Nais concipiat pectore Marſili
Aeternum ſophiæ decus,
Seu uiuo tumeat ſulphure, ſeu nitro,
Nigrantiſ'ue bituminis
Interfuſa graues æſtuet halitus,
Siue hinc ſemita deferat

Vn



Vndas Tartarei fontis ad igneas
Diris peruia ſontibus,
Heu triſtis mihi cum belua deuio
Horrenti ſubito ſpecu
Viſa eſt ſe celerem tollere, cui manus,
Et frons, & caput, & pedes
Humani, reliquo corpore ſqualidus
Serpens inſeritur uagis
Inſtratus leuiter tergora pinnulis.
Huic dextra geminæ faces,
Quarum mox ubi me contigit altera,
Infeſto ſibi pectori
Graſſantem ſubigit ſæuius alteram:
Atq; iſtis, ait, ignibus
Hic me perpetuis ardeo, uiderim
Si quando meritis bene,
Nunquam læta niſi nobilium malis.
His ſic attonito mihi,
Ambuſtoq; hominum tunc genus excidit,
Qui monſtro huic penitus dati
Deſpectant oculis omnia liuidis,
Vt iam nil cupiam magis,
Quà tecum miſeros effugere inuidos.

¶Sed audiendus eſt de liuore &

VERGILIVS.

Liuor tabificum malis uenenum
Intactis uorat oſſibus medullas,
Et totum bibit artubus cruorem,
Quòd quiſquis furit, inuidetq; ſorti,
Vt debet, ſibi pœna ſemper ipſe eſt,

 Te

Teſtatur gemitu graues dolores,
Suſpirat, gemit, incutitq; dentes,
Sudatq; frigidus, intuens quod odit,
Effundit mala lingua uirus atrum,
Pallor terribilis genas colorat,
Infœlix macies renudat oſſa.
Non lux, non cibus eſt ſuauis illi,
Non potus iuuat, aut ſapor Lyæi.
Nec ſi pocula Iuppiter propinet,
Atq; hæc porrigat & miniſtret Hebe,
Aut tradat Ganymedes ipſe nectar.
Non ſomnum capit, aut quieſcit unquam,
Torquet uiſcera carnifex cruentus.
Veſanos tacitus mouet furores
Intentans animo faces erinnys.
Letalis Tityiq; uultur intus,
Qui ſemper lacerat, comeſtq; mentem.
Viuit pectore ſub dolente uulnus,
Quod Chironia nec manus leuarit,
Nec Phœbus, ſoboles'ue clara Phœbi.

ΕΙΣ ΦΥΛΑΡΓΥΡΟΥΣ.

Πλάτωνος. οἱ δὲ, Ἀντιπάτρου.

Platoni tribuit Laertius.

Χρυσὸν ἀνὴρ, ὁ μὲν εὗρεν, ὁ δ' ὤλεσεν. ὧν ὁ μὲν εὑρὼν,
ῥῖψεν. ὁ δ' οὐχ εὑρὼν, λυγρὸν ἔδησε βρόχον.

Στατυλλίου Φλάκκου.

Χρυσὸν ἀνὴρ εὑρὼν, ἔλιπε βρόχον. αὐτὰρ ὁ χρυσὸν
ὃν λίπεν οὐχ εὑρὼν, ἧψεν ὃν εὗρε βρόχον.

LAER. INTERP.

De



Depoſuit laqueos, aurum uir nactus, at aurum
Non nactus, laqueis triſtia colla ligat.

MICHAEL BENTINVS.

Aurum qui reperit laqueum abijcit, alter amiſſo
Auro, collo aptat quem reperit laqueum.

AVSONIVS.

Qui laqueum collo nectabat, repperit aurum,
Theſauriq; loco depoſuit laqueum.
At qui condiderat, poſtquam non repperit aurum,
Aptauit collo quem repperit laqueum.

IDEM.

Theſauro inuento, qui limina mortis inibat,
Liquit ouans laqueum quo periturus erat.
At qui, quod terræ abdiderat non repperit aurum,
Quem laqueum inuenit nexuit, & perijt.

ALEANDER.

Aurum qui reperit, laqueum proiecit, at aurum
Qui merſit nexit quem reperit laqueum.

ΕΙΣ ΦΙΛΙΑΝ.

Ἄδηλον.

Θησαυρὸς μέγας ἐστ' ἀγαθὸς φίλος Ἡλιόδωρε,
τῷ καὶ τηρῆσαι τοῦτον ἐπισταμένῳ.

IO. SLEIDANVS.

Si quis amicitiæ legum perdoctus, amicum
Deligat, haud paruum repperit ille bonum.

IOAN. IORDANVS.

Eſt ingens homini theſaurus fidus amicus
Heliodore diu qui retinere poteſt.

K 3 LVS

LVSCINIVS.

Ingens theſaurus, bonus eſt & dulcis amicus,
Si quis ſeruare hunc, Heliodore ſciat.

Ἀδήλου.

Γνήσιός εἰμι φίλος. καὶ τὸν φίλον ὡς φίλον οἶδα.
τοὺς δὲ κακοὺς, διόλου πάντας ἀποστρέφομαι.
οὐδένα θωπεύω πρὸς ὑπόκρισιν. οὓς δ' ἄρα τιμῶ,
τούτους ἐξ ἀρχῆς μέχρι τέλους ἀγαπῶ.

IO. SLEIDANVS.

Ipſe ego, qui fidum noui tractare ſodalem,
Ne qua commaculer parte, repello malos.
In ſpeciem nulli palpor, ſed quiſquis amatur,
Vel ſemel, ad cineres hic mihi amicus erit.

ΕΙΣ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥΣ.

Εἰς Ἐμπεδοκλῆν.

Ἤδη γάρ ποτ' ἐγὼ γενόμην κοῦρός τε, κόρη τε,
θάμνος τ', οἰωνός τε, καὶ ἐξ ἁλὸς ἔμπυρος ἰχθύς.

BENTINVS.

Nam, memini, fueram quondam puer, atq; puella,
Plantaq;, & ignitus piſcis, pernixq; uolucris.

Εἰς τὸν αὐτόν.

¶ Sunt autem Empedoclis de ſeipſo uerſiculi.

Ὦ φίλοι, οἳ μέγα ἄστυ κατὰ ξανθοῦ ἀκράγαντος
ναίετ' ἀν' ἄκρα πόλιος, ἀγαθῶν μελεδήμονες ἔργων,
χαίρετ'. ἐγὼ δ' ὑμὶν θεὸς ἄμβροτος, οὐκ ἔτι θνητὸς,
πωλεῦμαι μετὰ πᾶσι τετιμένος ὥσπερ ἔοικε,
ταινίαις τε περίστεπτος, στέφεσίν τε, θαλείαις.

¶ His uerſibus, ſequentes nectit Diogenes Laertius

Τοῖσ



Τοῖσιν ἅμ' εὖτ' ἂν ἵκωμαι ἐς ἄστεα τηλεθόωντα
ἀνδράσιν ἠδὲ γυναιξὶ σεβίζομαι. οἱ δ' ἅμ' ἕπονται
μύριοι, ἐξερεόν τε ὅπη πρὸς κέρδος ἀταρπός,
ἢ μὲν μαντοσυνέων κεχρημένοι, οἱ δέ τι νούσων
παντοίων ἐπύθοντο κλυέμεν εὐσικέα βάξιν.

BENTINVS.

Vrbem qui flaui ad ripas Acragantis amici
Incolitis magnam, res & curatis honeſtas
Saluete. Immortalis ego conuerſor apud uos
Vt par eſt, deus, & tali me dignor honore,
Formoſis uinctus uittis, roſeiſq; corollis.
Queis quando egregias ueniam comitatus ad urbes,
Mulieribus maribuſq; colar, comiteſq; ſequentur
Innumeri, ad lucrum quos ardens ſemita ducit,
Quiq; prophetiam exercent, qui diſcere morbi
Omnigeni curam cupiunt arteſq; ſalubres.

Ἀποφθέγματα τῶν ἑπτὰ σοφῶν.

Ἑπτὰ σοφῶν ἐρέω κατ' ἔπος πόλιν, οὔνομα, φωνήν.
μέτρον μὲν Κλεόβουλος ὁ λίνδιος εἶπεν ἄριστον.
Χίλων δ' ἐν κοίλῃ λακεδαίμονι, γνῶθι σεαυτόν.
ὃς δὲ κόρινθον ἔναιε, χόλου κρατέειν Περίανδρος.
Πιττακός, οὐδὲν ἄγαν, ὃς ἔην γένος ἐκ μιτυλήνης.
τέρμα δ' ὁρᾷν βιότοιο, Σόλων ἱεραῖς ἐν ἀθήναις.
τοὺς πλέονας κακίους δὲ, Βίας ἀπέφηνε πριηνεύς.
ἐγγύην φεύγειν δὲ, Θαλῆς μιλήσιος ηὔδα.

GEORG. HERMONYMVS.

Verba loquor ſeptem ſapientum, nomen, & urbem.
Cerne Solon uitæ finem, ſacris in Athenis.

 In

Inq; caua Chilon temet Lacedæmone noſce.
Optima menſura eſt, Cleobulus Lindius inquit.
Turba, Bias Priene ſatus, canit, ampla malorum.
Nil nimis, eſt genitus qui Pittacus ex Mitylene.
Et Periander agens, iræ moderare, Corinthi.
Miletoq; Thales ortus, uadimonia linque.

HERM. A' NOVA AQVILA CO.

Nomina, dicta, urbes, ſeptem canimus ſapientum.
(Optima menſura eſt,) Cleobulus Lindius inquit.
Pittacus aſt (ne quid nimis) effatur Mitylenis.
(Te cognoſce ipſum) Lacedæmonis incola Chilon.
Quiq; Corinthius eſt (iram rege) ait Periander.
Atticus hinc Solon (uitæ, inquit, reſpice finem.)
(Non ſpondere) Thales Mileſius utile cenſet.
(Plena malorum cuncta) Bias canit urbe Priene.

¶Eſt lib. Γ'. Epig. quod ſolum patriam receſet.

Αντιπάτρου.

Ἑπτὰ σοφῶν Κλεόβουλε, σὲ μὲν τεκνόσατο λίνδος,
ἀμφὶ δὲ σισυφία χθὼν Περίανδρον ἔχει.
Πιττακόν, ἁ μιτυλήνα. Βίαντα δέ, δῖα πριήνη.
μίλητος δὲ Θαλῆν, ἄκρον ἔρεισμα δίκας.
ἁ σπάρτα χίλωνα. Σόλωνα δὲ κεκροπὶς αἶα,
πάντας ἀριζάλου σωφροσύνας φύλακας.

Sapientes ipſos ſic recenſet

ARCHITHRENIVS.

Cleobolus Lycios, Mitylenen Pittacus auxit
Conſilijs, Spartæ Philon illuxit, Athenis
Sol hominum Solon, Periandro ſumma Corinthi
Paruit, & ualuit Bias famulante Priene.

Hos



Hos ſibi cum magno gaudet peperiſſe Thalete
Græcia, quos ſenior ſapientes iactitat ætas.
Mundus ne titubet, ne cæcus & inuius erret
Hos habeat ſeruetq; duces, ſtillabit Vlyſſem
Lingua, ſenex Pilius animi purgabit amurcam.

Εἰς Ἡράκλειτον.

Μὴ ταχὺς Ἡρακλείτου ἐπ' ὀμφαλὸν εἴλυε βίβλον
τοὐφεσίου. μάλα τοι δύσβατος ἀτραπητός.
ὄρφνη, καὶ σκότος ἐστὶν ἀλάμπετον. ἢν δέ σε μύστης
εἰσαγάγῃ, φανεροῦ λαμπρότερ' ἠελίου.

LAERTII INTERP.

Noli Heraclitum rapido percurrere paſſu,
Eſt uia difficilis, luce papyrus eget.
In ſua ſi doctus reduxerit atria uates,
Cuncta uidebuntur lucidiora die.

Εἰς Πυθαγόραν.

Ἡνίκα πυθαγόρης τὸ περικλεὲς εὕρατο γράμμα,
κεῖν' ἐφ' ὅτῳ κλεινὴν ἤγαγε βουθυσίην.

BENTINVS.

Pythagoras quondam dijs fecit nobile ſacrum,
Inuenta eſt illi litera quòd celebris.

¶Tetraſtichon ſequens quòd hoc diſtichon In græco epigrammatum codice inſeparatim ſequitur, diuerſum ab ipſo eſt, teſteq; Laertio, Xenophanis cuiuſdam eſt elegiographi.

Αἰ τότε μιν συφελιζομένου σκύλακος παριόντα
φασὶν ἐποικτεῖραι, καὶ τόδε φάσθαι ἔπος.
Παῦσαι, μὴ δὲ ῥάπιζ', ἐπειὴ φίλου ἀνέρος ἐστὶν

ψυχὴ, τὴν ἔγνω, φθεγξαμένης αἴων.

BENTINVS.

Qui catulum duro miſeratus uerbere cæſum
Cum, ut fama eſt, olim præterijſſet, ait:
Deſine, ne miſerum cædas, nam charus amici
Eſt animus, quod uox indicat ipſa mihi,

ΕΙΣ ΦΙΛΟΣΤΟΡΓΙΑΝ.

Αδηλον.

Ἐκ πυρὸς ἰλιακοῦ, δοράτων μέσον ἥρπασεν ἥρως
αἰνείας, ὅσιον παιδὶ βάρος πατέρα.
ἔκλαγε δ' ἀργείοις μὴ ψαύετε. μικρὸν ἐς ἄρη
κέρδος ὁ γηραλέος. τῷ δὲ φέροντι, μέγα.

MARVLLVS.

Cum ferret medios proles Cytheræa per hoſtes
Impoſiti collo languida membra patris,
Parcite, ait, Danai, leuis eſt ſene gloria rapto,
At non erepto gloria patre leuis.

C. VRS. VELIVS.

Iliaco Aeneas igni per tela, per hoſtes,
Eripuit, nati pondera ſancta, patrem:
Atq; ait hæc Grais, huic parcite, parua duello
Hic, mihi geſtanti præda ſed ampla pater.

¶ Venit hic obiter in mentem ioci illius in Neronem, quem refert Suetonius.

Quis negat Aeneæ magna de ſtirpe Neronem
Suſtulit hic matrem, ſuſtulit ille patrem.
Dum tendit citharam noſter, dum cornua Parthus,
Noſter erit Pæan, ille Hecatebeletes.
Roma domus fiet, Veios migrate Quirites,

Si



Si non & Veios occupat iſta domus.

¶ Extat inter Hutteni epigrammata præcedenti non diſſimile, id quod de ſuo ipſius diſcrimine, cũ in Patauina olim obſidione ab hoſte premeretur, luſit

HVTTENVS.

Erraram à caſtris ad clauſam Antenoris urbem,
Continuo flamma miſſilibusq; petor.
Certe equidem fateor timui, nec ut ante mouebam
Inuidiam lingua, ſed bona uerba dedi.
Parcite, qui Pataui muros arcemq; tenetis,
In me uulnifica mittere tela manu.
Parcite me Veneti ferro diſperdere & igni,
Ne de tot peſſum milibus unus eam.
Non ea fortuna eſt, ut nunc ego uiq; manuq;
Horrida commoti Cæſaris arma ſequar.
Huc me ſola trahit ueſtri admiratio regni,
Noſcere uos cupio, perdere non cupio.
Vt uideam ueni, non ueni euertere bello,
Altini ſedes, Euganeasq; domos.
Alter ab arctoa uobis furor imminet alpe,
Germanum peditem ducit Iberus eques.
Has ruite in uires. Nam quæ tum gloria parta eſt,
Si de tot peſſum millibus unus eam?
Nullæ hoſtem mouêre preces. mihi terga relapſo
Heu quàm difficili conſuluere fuga.
Vt cæſo me nullus honor fuit, haud ita uobis
Pulchrum eſt me claudos eripuiſſe pedes
Dicebam. & feſſus media inter millia curſu
Tutus in effoſſo delitui tumulo.

¶ Commonefacit me & Altini ſedes, atq; ipſa Ante-

noris

noris urbs, Marci Huttenici, quem quia feſtiuus eſt μιμητικός τι τῆς τοῦ Ὁμήρου βατραχομυομαχίας. adſcribam.

MARCVS HVTTENI.

Ruperat Adriaci ſtagnantia clauſtra profundi
βάτραχος ὑψώσας ὠχρὸν δέμας ὕδατι λευκῷ.
Improuiſum orbi monſtrum illud, δεινὸν ὅραμα.
Nec ſoliti generis, uel qualem ſæpe uidemus
σκιρτῆσαι κατὰ γῆν, καὶ ἐφ' ὕδασι σῶμα καλύψαι.
Vaſtum corpus erat, quædamq; in corpore uires,
Et non contemnenda animi uis. infima temnens.
Alta petens, longeq; ſua ſe à ſorte mouebat.
Audebatq; loquens ingentia, πολλὰ δ' ἐβόα.
Vicinosq; ad ſe populos regesq; uocabat,
Magna locutura, & graue de communibus actis
Conſultura uiris: rana os, humerosq;, pedesq;,
Omnia rana, ſed Euganei regina profundi,
Quæ titulum adſeruit, iam non contenta paludes,
Et luteas habitare caſas cœnumq; relictum.
Aptum humeris, aptum ceruici immane leonis
Induerat tergus, uillosq; aptarat & ungues.
Tum Venetos inter populos, Atheſina fluenta,
Altiniq; arces iuxtà, atq; Antenoris urbem
Sedit, & indura uoluit leo pelle uideri.
In medioq; uirûm, quanq; εἰς φύσιν οὐδὲν ὅμοιον,
ἀνθρώποις τε θεοῖς τε, καὶ οὐρανίοις πετεηνοῖς,
Aut illi foret, aut ſe diſſimulare quid eſſet,
Ipſa ſatis poſſet, tamen hæc aggreſſa loquendo eſt:
καὶ τοῖον φάτο μῦθον ἀπὸ στόματος δ' ἀγόρευεν.

Res



Res Itali ueſtræ, ueſtra & fortuna coegit,
Cum poſſem Adriacas moderari tutius undas,
Regnis uſa meis, animum ad maiora referre.
Namq; ut bellorum tranſmiſſa ex alpe procellas
Teutona terra diu ferali effuderit ira,
In uos arma mouens, noſtras acceſſit ad aures.
Vtq; erat ingenio, & rebus communibus æquum,
Indolui facto, remq; indignata, peregi
Mecum ægras noctes, gemituq; urgebar anhelo,
Cum uacuæ curis, placidoq; ſopore quietæ
Sors Romana mihi, fugiens à ſede Quirini
Tarpeias arces, miſerando ſqualida luctu,
Ederet has uoces: Tu nunc tranquilla ſuperbos
Imperio Venetos premis, & tuto æquore regnas,
Romani ſecura mali, ſecura cadentis
Italiæ, diuesq; tuæ gratare quieti.
Non equidē immerito. At ſi quid noua gloria tāgit,
Ociaq; ob ſolidam potes interrumpere laudem,
Vt facias, modus eſt. Ego te caput orbe ſubacto
Efficiam rerum. Per me Europea ſubibunt
Regna tibi, facientq; Aſiæ tua iuſſa tyranni,
Pœnorumq; urbes, Afriq; à ſole peruſti.
His ego relliquias Troum, Phrygiosq; penates,
Aeneadasq; deos, maieſtatemq; ſepultæ
Adijcio Romæ, Veſtamq; ex urbe potentem,
Imperij excubias, uigilemq; huc transfero flammam
Tantum hortare uiros, Libertatemq; ruenti
Fortiter Italiæ refer, & moto adſere bello.
Regnatum Latio ſatis eſt. honor immutati
Te penes Imperij eſt. Ea fata ſimillima uento

Et

Et leuibus Boreis, in mollem euanuit auram.
Me ſopor, & domitrix curarum diua reliquit.
At ſuperûm monitus, tantiq́; oracula fati,
Oenotrij ciues non eſt contemnere tutum.
Εἰμὶ δ᾽ ἐγὼ φυσίγναθος, ὃς κατὰ λίμνην
Τιμῶμαι, βατράχων ἡγούμενος ἤματα πάντα.
Καί με πατὴρ πηλεὺς ποτὲ γείνατο, ὑδρομεδούσῃ
Μιχθεὶς ἐν φιλότητι, παρ᾽ ὄχθας ἠριδανοῖο,
Σκηπτοῦχον βασιλῆα, καὶ ἐν πολέμοισι μαχητήν,
Οὐδέποτ᾽ ἐκ πολέμοιο κακὴν ἀπέφυγον αὐτήν.
Ἀλλ᾽ εὐθὺς μετὰ μῶλον ἰὼν προμάχοισιν ἐμίχθην.
Οὐδέ τι ἄνθρωπον, κάπερ μέγα σῶμα φοροῦντα.
Ἀλλὰ δύω μάλα πάντα τὰ δείδια πᾶσαν ἐπ᾽ αἶαν.
Erigite infractos animos, laſſataq́; corda,
Inq́; uicem audentes feſſis ſuccurrite rebus.
Quoſcunq; in populos emittite me duce bellum.
At grandi eloquio, & uerbis acuentibus iras,
Nemo fortis eget. Poſtquam eſt ea fata, ſilentes
Obſtupuere animi, digna admiratio factis
Iuſſit inaudita populos nouitate pauere.
Confeſtim adcurrunt Veneti, regemq́; ſalutant:
Quoq; aliquid poſſet quæſitæ accedere famæ,
Dant alas, Marcumq́; uocant. Illa accipit omen,
Acceptoq́;, animis pro conditione ſuperbit,
Et Venetis ranis, & adhuc ſtipata nouorum
Acceſſu procerum, tunc regna inuaſit, & urbes,
Perdomuitq́; duces, regesq́; eiecit, opesq́;
Condidit immodicas, toto ſtupor unus in orbe
Λιμνόχαρις πολύφημος erat. Timuere tyranni,
Et



Et uictas tribuere manus, regna omnia Marco
Territa ſunt Veneto. Sola huic Germania monſtro
Indignum duxit famulum ſummittere collum.
Illa Tridentinos tamen eſt inuadere montes,
Herciniumq́; nemus, qua parte obnubilat Iſtrum,
Auſa, ſub hac ſpecie, ſimulatiq́; ore leonis,
Per fas, perq́; nefas, recta & praua omnia miſcens,
Extollensq́; malos, meritosq́; in tartara mergens,
Quos potuit, quorumq́; fides ſibi credita. Sontes
Hæc eadem ſibi coniunxit: ſocijsq́; ſub omnes
Vſa eſt euentus. Tum quos non uincere bello
Aut uirtute ſua potuit, miſcente ueneno
Cunctantes uicit: ſacra omnia, & omnia iura
Polluit egrediens. Vis atq; iniuria belli
Omnis cauſſa fuit. Pacem bellumq́; perinde
Duxit amare fidem, & iuratum neſcia pactum,
Armata inſidijs ſemper. Qua cum arte paraſſet,
Πολλὰ μάλ᾽ ἐν λίμνῃ καὶ ἐπὶ χθονὶ, θαύματ᾽ ἴδεσθαι,
Conata eſt leuibus cœlum contingere pennis.
Cum quidam euentu gaudentem, & nomine Marci,
Fertur præmonuiſſe feram: Ne rana ſuperbi,
Neu caput hoc, iſtos'ue oculos ſublimius effer,
Quàm tua ſors permittit: ἔχει θεὸς ἔκδικον ὄμμα,
Ποινὴν σὺ τίσεις. Ne cœlum inſurgere contra
More gigantæo, maioraq́; uiribus aude,
Οὐ λήσεις τε θεοὺς φυσίγναθε ταῦτα ποιήσας.
Spreuit eos monitus: nec adhuc temeraria cœpto
Abſtinuit uetito. καὶ ἀλεύατο κῆρα μέλαιναν.
Tum uero iratus, poſtquam tot uiderat annos
Cri-

Crimina ranarum, & Venetæ incrementa paludis
Iuppiter, hac aquilam, qua deſpicit omnia ab arce
Demittit, raniſq; ſuper non mollia iuſſa
Imperat, ut ficto ſacra deroget omnia Marco,
Et doceat non eſſe deum: raptoq; ferocem
Exuat, & ſpolijs, palanteſq; æquore ranas
Arceat Adriaco, pelagoq; remergat auito.
Huic dicto conceſſit, ἐπεὶ μέγα οἱ σθένος ἦεν
Et roſtrum, & laceros acuens Iouis armiger ungueis,
Στεῦτο δὲ πορθήσειν βατράχων γένος αἰχμητάων.
Vtq; in uindictam diſparſum colligat hoſtem,
Fertur ab alpino, ἐνναίρειν βατράχους βλεμεαίνων,
In Venetos ſpeculata iugo. Quo uix bene uiſo,
Rana fugax, ὄχθαισι βαθείαις ἔμπεσε φεύγων,
Abijciens ſceptrum, & torui ſimulacra leonis,
Regnorumq; omnes curas, ueniamq; precando,
Adflexa eſt aquilæ genibus. quam cum illa negaret,
Ἄχρηστον μετάνοιαν ἐμέμφετο πολλὰ δακρύων,
Diffidenſq; ſibi, auxilioq; exuta ſuorum,
Δεινὰ δ' ἐπεστονάχιζε, φόβου κρυόεντος ἀνάγκη,
Extremum turbata, μόρον δ' οὐκ ἦν ὑπαλύξαι.

Ἀρχίου.

Γαῖαν ὅλην, νήσους τε διιπταμένη σὺ χελιδὼν,
Μηδείης γραπτῇ πυκτίδι νεοσσοτροφεῖς.
Ἔλπῃ δ' ὀρταλίχων πίστιν σέο τήνδε φυλάξειν
Κολχίδα, μηδ' ἰδίων φεισαμένην τεκέων.

MARVLLVS.

Quid uaga tot terras urbeſq; emenſa uolucris,





Colchidos in ſæuo nidificas gremio?
Pignoribuſq; tuis credis male ſana fidelem,
Ipſa ſuos partus quæ laniauit atrox?
Ni fœtus exoſa tuos Pandione nata,
Phaſiaca quæris perdere ſæuitia.

¶ Ab hoc argumento alienum non eſt,
quod libro Δ'. habetur,

Φιλίππου.

Κολχίδα τὴν ἐπὶ παισὶν ἀλάστορα τραυλὲ χελιδὼν
πῶς ἔτλης τεκέων μαῖαν ἔχειν ἰδίων;
ὡς ἔτι κανθὸς ὕφαιμος ἐπαστράπτει φόνιον πῦρ,
καὶ πολιὸς γενύων ἀφρὸς ἀποσταλάει.
ἀρτιβρεχὴς δὲ σίδηρος ἐφ' αἵματι. φεῦγε παρόλη
μητέρα, κἂν κηρῷ τεκνοφονοῦσαν ἔτι.

ΕΙΣ ΦΡΟΝΗΣΙΝ.

Λουκιανοῦ.

Ἡ βραδύπους βουλὴ, μέγ' ἀμείνων. ἡ δὲ ταχεῖα,
αἰὲν ἐφελκομένη τὴν μετάνοιαν ἔχει.

IOAN. SLEIDANVS.

Sit mora conſilijs. Nam ſi moderamine tractes,
Proſunt, ut ſtulte præcipitata nocent.

ΕΙΣ ΦΡΟΝΤΙΔΑΣ.

Μιμνέρμου.

Τὴν σαυτοῦ φρένα τέρπε. δυσηλεγέων δὲ πολιτῶν
ἄλλος τίς σε κακῶς, ἄλλος ἄμεινον ἐρεῖ.

MORVS.

Tu teipſum oblectes, & uulgi uerba loquacis
Sperne, bene hic de te dicet, & ille male.

### ΕΙΣ ΧΡΟΝΟΝ.

Πλάτωνος.

Αἰὼν πάντα φέρει· δολιχὸς χρόνος οἶδεν ἀμείβειν,
οὔνομα, καὶ μορφὴν, καὶ φύσιν, ἠδὲ τύχην.

IOAN. SLEIDANVS.

Omnia fert ætas, mutant quoq; ſæcula nomen,
Et genus, & formam, diuitiasq; ſimul.

Ἄδηλον.

Τῆς ὥρας ἀπόλαυε· παρακμάζει ταχὺ πάντα·
ἓν θέρος, ἐξ ἐρίφου τρηχὺν ἔθηκε τράγον,

IOAN. SLEIDANVS.

Aeſtas una poteſt hœdum mutare tenellum
Hircus ut exiſtat. Gaudia carpe puer.

Ἄδηλον.

τὸ ῥόδον ἀκμάζει βαιὸν χρόνον· ἢν δὲ παρέλθῃ,
ζητῶν εὑρήσεις οὐ ῥόδον, ἀλλὰ βάτον.

LVSCINIVS.

Arridet roſa quum floret, mox præterit, illic
Dumq; roſas quæris, plurima ſpina patet.

IO. IORDANVS.

Exiguo rutilans floret roſa tempore, cuius
Aetatis florem ſurripit una dies.
Poſt quam ſi ipſe roſas quæres decerpere, nullam
Inuenies, ſpinas ſed riguiſſe rudes.

### ΕΙΣ ΩΡΑΣ.

Ἄδηλον.

Ἓξ ὧραι μόχθοις ἱκανώταται· αἱ δὲ μετ' αὐτὰς,
γράμμασι δεικνύμεναι, ζῆθι λέγουσι βροτοῖς.

Vo



VOLATERRANVS.

Sex horæ tantum rebus tribuuntur agendis,
Viueq; poſt illas, litera Zeta monet.

Σχόλιον.

Φησὶ, δεῖ μέχρι τῆς ἕκτης ὥρας τῆς ἡμέρας ἐργάζεσθαι. μετὰ δὲ ταύτην, ἐπ' ἄριστον ἔρχεσθαι. τοῦτο δὲ φησὶ δηλοῦν καὶ τὸ ὡρολόγιον. τὰ γὰρ μετὰ τὴν ἕκτην σημεῖα, τουτέστι τὸ τῆς ἑβδόμης, τὸ Ζ, καὶ τῆς ὀγδόης τὸ Η, καὶ τῆς ἐννάτης τὸ Θ, καὶ τῆς δεκάτης τὸ Ι, κατὰ συλλαβὰς συναπτόμενα, ΖΗΘΙ δίδωσιν ἀναγινώσκειν, τουτέστι, προτρέπεται φάγε, ἵνα ζῆν ἔχῃς.

Huc alluſiſſe uidetur hoc epigrammate

MARTIALIS.

Prima ſalutantes atq; altera continet hora.
Exercet raucos tertia cauſidicos.
In quintum uarios extendit Roma labores.
Sexta quies laſſis, ſeptima finis erit.
Sufficit in nonam nitidis octaua palæſtris.
Imperat extructos frangere nona thoros.
Hora libellorum decima eſt Eupheme meorum,
Temperat ambroſias cum tua cura dapes,
Et bonus ætherio laxatur nectare Cæſar,
Ingentiq; tenet pocula parca manu.
Tunc admitte iocos. greſſu timet ire licenti
Ad matutinum noſtra Thalia Iouem.

FINIS EORVM QVAE EX PRIMO LIBRO.

L 2

# CAPITA ΤΟΥ ΔΕΥΤΕΡΟΥ τμήματος, nō omnia quidem, ſed ea, ex quibus deſumpta ſunt, quæ huc congeſſimus, epigrammata.

ΕΙΣ


| | | | |
|---|---|---|---|
| Ἀγωνιστάς Pag. | 165 | Λεπτούς. | |
| Ἀδύνατον | | Μακρούς. | 190 |
| Ἀνοήτους. | 166 | Μεθύσους. | 191 |
| Ἀστρολόγους | | Μιλιάριον | 192 |
| Βραχεῖς | 170 | Νομικούς | |
| Γραίας | | Ὀκνηρούς. | |
| Γραμματικούς. | 173 | Ὀρχηστάς. | 193 |
| Γυναῖκας. | 174 | Ποιητάς. | 195 |
| Δυσειδεῖς. | | Πολυτεχνεῖς. | 197 |
| Δυσώδεις. | 177 | Πονηρούς | 198 |
| Δολίους. | 178 | Πορδήν. | 199 |
| Δούλους. | 179 | Παροριστάς | 200 |
| Ζωγράφους | | Ῥήτορας. | 201 |
| Ἰατρούς. | 181 | Συμποτικὰ ἀστεϊσμάτα | |
| Κιθαρῳδούς | 186 | | 203 |
| Κλέπτας. | | Τολμηρούς | 216 |
| Κουρέας. | | Φειδωλούς. | 217 |
| Κωφούς | 187 | Φιλοσόφους. | 221 |
| Λαιμάργους. | 188 | Χωλούς. | 224 |


ΕΙΣ



## ΕΙΣ ΑΓΩΝΙΣΤΑΣ.

Λουκιλλίου.

Εἰκοσέτους σωθέντος Ὀδυσσέος εἰς τὰ πατρῷα
ἔγνω τὴν μορφὴν Ἄργος ἰδὼν ὁ κύων.
ἀλλὰ σὺ πυκτεύσας Στρατοφῶν ἐπὶ τέσσαρας ὥρας,
οὐ κυσὶν ἄγνωστος, τῇ δὲ πόλει γέγονας.
ἢν ἐθέλῃς δὲ πρόσωπον ἰδεῖν ἐς ἔσοπτρα σεαυτοῦ,
οὐκ εἰμὶ Στρατοφῶν αὐτὸς ἐρεῖς ὀμόσας.

MORVS.

Dux Ithacus, patria bis denos abfuit annos,
Quum rediјt, celeri cognitus uſq; cani eſt.
Te pugil ò Stratophon, certantem quatuor horas,
Et canis & populus dedidicere ſimul.
Quin etiam ſpeculum de te ſi conſulis ipſe,
Iuratus Stratophon, te Stratophonta neges.

C. VRS. VELIVS.

Iam Laertiadæ bis poſt duo luſtra reuerſi
In patriam ſegnis nouerat ora canis.
At tu luctatus Stratophon uix quatuor horis,
Non canibus, ſed ne noſceris à populo.
Si tamen ipſe tuos ſpeculo uis cernere uultus,
Iuratus dices, non ego ſum Stratophon.

## ΕΙΣ ΑΔΥΝΑΤΟΝ.

Λουκιανοῦ.

Εἰς τί μάτην νίπτεις δέμας Ἰνδικόν; ἴσχεο τέχνης.
οὐ δύνασαι δνοφερὴν νύκτα καθηλιάσαι.

IOAN. SLEIDANVS.

Aethiopem quid ſtulte lauas? Nam ſplēdida nunquā
 Nox fuerit, lumen ſole negante ſuum.

ΕΙΣ ΑΝΟΗΤΟΥΣ.

Ἔσβεσε τὸν λύχνον μωρὸς, ψυλλῶν ὑπὸ πολλῶν
 δακνόμενος, λέξας, οὐκ ἔτι με βλέπετε.

MORVS.

Quem mordent pulices extinguit morio lychnon,
 Non me, inquit, cernent amplius hi pulices.

ΕΙΣ ΑΣΤΡΟΛΟΓΟΥΣ.

Λουκιλλίου.

Τῷ πατρί μου τὸν ἀδελφὸν οἱ ἀστρόλογοι μακρόγηρων
 πάντες ἐμαντεύσανθ᾽ ὡς ἀφ᾽ ἑνὸς στόματος.
ἀλλ᾽ Ἑρμοκλείδης, αὐτὸν μόνος εἶπε πρόμοιρον,
 εἶπε δ᾽ ὅτ᾽ αὐτὸν ἔσω νεκρὸν ἐκοπτόμεθα.

MORVS.

Sæpe patri frater quòd debuit eſſe ſuperſtes,
 Hoc uelut uno omnes aſtrologi ore canunt.
Aſt Hermoclides obiturum præ patre ſolus
 Dixit, ſed dixit poſtquam obiiſſe uidet.

IO. SLEIDANVS.

Vitalem fore dixerunt bis terq; rogati
 Aſtrologi fratrem ſollicitante patre.
Vnus at Hermoclides annos numerauerat illi
 Paucos, cum rapuit mors properata uirum.

Τοῦ αὐτοῦ.

Πρὸς τὸν μάντιν Ὄλυμπον ὁ νήσιμος ἦλθεν ὁ πύκτης,
 εἰ μέλλει γηρᾶν βουλόμενος προμαθεῖν.





κἀκεῖνος ναί φησιν, ἐὰν ἤδη καταλύσῃς.
 ἂν δέ γε πυκτεύῃς, ὡροθετεῖ σε Κρόνος.

MORVS.

Neſimus ecce pugil uatem conſultat Olympum,
 An uentura ſibi ſera ſenecta foret.
Fors rude donatus uiues ait ille, minatur
 Certanti gelidus ſed tibi falce deus.

Λουκιλλίου.

Πρὸς τὸν μάντιν Ὄλυμπον, Ὀνήσιμος ἦλθ᾽ ὁ παλαιστὴς,
 καὶ πένταθλος Ὕλας, καὶ σταδιεὺς Μενεκλῆς,
Τίς μέλλει νικᾶν αὐτῶν τὸν ἀγῶνα θέλοντες
 γνῶναι. κἀκεῖνος τοῖς ἱεροῖς ἐνιδών.
πάντες ἔφη νικᾶτε, μόνον μή τις σε παρέλθῃ,
 καὶ σὲ καταστρέψῃ, καὶ σὲ περιτροχάσῃ.

AVSONIVS.

Doctus Hylas cæſtu, Phegeus catus arte palæſtræ,
 Clarus Olympiacis & Lycus in ſtadiis,
An poſſent omnes uenturo uincere agone,
 Hammonem Libyæ conſuluere deum.
Sed deus ut ſapiens, Dabitur uictoria uobis
 Indubitata quidem, ſi caueatis, ait:
Ne quis Hylam cæſtu, ne quis certamine luctæ
 Phegea, ne curſu te Lyce prætereat.

Παλλαδᾶ.

Εἰπὲ πόθεν σὺ μετρεῖς κόσμον, καὶ πείρατα γαίης,
 ἐξ ὀλίγης γαίης σῶμα φέρων ὀλίγον;
σαυτὸν ἀρίθμησον πρότερον, καὶ γνῶθι σεαυτὸν,
 καὶ τότ᾽ ἀριθμήσεις γαῖαν ἀπειρεσίην.

εἰ δ’ ὀλίγον πηλὸν τοῦ σώματος οὐ καταριθμεῖς,
  πῶς δύνασαι γνῶναι τῶν ἀμέτρων τὰ μέτρα;

LVSCINIVS.

Vnde age tu cœlum metiris, & ultima terræ?
  Quum tenue è tenui ſit tibi corpus humo.
Te metire prius moneo, & te noſſe labora,
  Atq; ſati hinc orbis diſcere perge modum.
At menſura luti tenuis quum te fugiat, qui
  Noſſe rei innumeræ tu poteris numerum?

C. VRS. VELIVS.

Fare age qui cœlum metiris, & ultima terræ,
  Cum tibi de modica ſit breue corpus humo,
Te prius explores, & noſce: hinc plurima uaſtæ
  Sunt loca telluris dinumeranda tibi.
Corporis at ſi non glebam metire puſilli,
  Qui potes innumeræ noſſe rei numerum?

IO. SLEIDANVS.

Te modica finxit prudens tellure Prometheus,
  Et uarie terram diuidis ipſe tamen?
Diſce tui primum menſuram corporis, & mox
  Huc refer ingenium, ſi placet, uſq; tuum.
Nam tua ni certò perſpexeris omnia, rerum
  Innumeram faciem dinumerare nequis.

¶Huc pertinet iocus de Thalete, quem ſic expreſſit

IO. SILBERBORNER.

Ardua forte Thales cœli dum ſydera luſtrat,
  In foueam greſſu præcipitante ruit.
Hunc anus ut quædam delapſum ruſtica uidit,
  Quæ uitreo liquidas fonte petebat aquas,





Sic ſuper illudens cum perueniſſet ad ipſum,
  Alloquitur quatiens uoce tremente caput:
Aſtra quid inſpectas cœli ſublimia ſtulte,
  Nec tibi quæ proſint inferiora uides.
Dumq; futura ſtudes alijs prædicere fata,
  Cernere quæ iaceant non potes ante pedes.

¶Eum in tetraſtichis iambicis, ſic refert

ΓΑΒΡΙΑΣ,

Ἄστροις περισκοπῶν τις ἀστεροσκόπος,
πέπτει λεληθὼς πρὸς φρέαρ. τυχὼν δέ τις
ὁδοιπόρος στένοντι, ταῦτ’ ἔφη λέγων,
τὸν θεὶς ἄνω, βέλτιστε τὴν γῆν οὐ βλέπεις.

IO. IORDANVS.

Quidam aſtra ſpectans aſtrologus altam cadit
Hallucinatus in foueam: eâ iter tenens
Tunc quiſpiam dixit gementi, iſthæc, habens
Mentem in ſupernis Optime haud terram uides.

Ἄδηλον.

Ἀντικράτης ᾔδει τὰ σφαιρικὰ μᾶλλον ἀράτου
  πολλῷ τὴν δ’ ἰδίην οὐκ ἐνόει γένεσιν.
διστάζειν γὰρ ἔφη πότερ’ ἐν κριῷ γεγένηται,
  ἢ διδύμοις, ἢ τοῖς ἰχθύσιν ἀμφοτέροις.
εὕρηται δὲ σαφῶς ἐν τοῖς τρισί. καὶ γὰρ ὀχευτής,
  καὶ μωρός, μαλακός τ’ ἐστι, καὶ ὀψοφάγος.

IOAN. SLEIDANVS.

Anticrates, docto quamuis præſtaret Arato,
  Ignarus quonam ſydere natus erat:
Num gemini fuerint, Aries, num Piſcis uterq;

Qua primum cœpit uiuere luce puer.
Hæc tria iam nato regnabant ſydera, Mollis
Nanq; fututor erat, ſtultus, edaxq́; ſimul.

ΕΙΣ ΒΡΑΧΕΙΣ.

Ἰουλιανοῦ,

Ἀσφαλέως οἴκησον ἐν ἄστεϊ, μή σε κολάψῃ
αἵματι πυγμαίων ἡδομένη γέρανος.

MORVS.

Grus ne te rapiat pygmæo ſanguine gaudens,
Si ſapias, media tutus in urbe mane.

LVSCINIVS.

Ne te conficiat pygmæo ſanguine gaudens
Grus, habitans urbes tutior eſſe potes.

C. VRS. VELIVS.

Tutus in urbe mane, ne te grus bellica roſtro,
Pygmæo gaudens ſanguine, confodiat.

IOAN. SLEIDANVS.

Ne grus pygmæi uictor te ſanguine fœdet,
Sit tibi in urbe domus, qua bene tutus ages.

ΕΙΣ ΓΡΑΙΑΣ.

Λουκιλλίου.

Τὰς τρίχας ὦ Νίκυλλα, τινὲς βάπτειν σε λέγουσιν,
ἃς σὺ μελαινοτάτας ἐξ ἀγορᾶς ἐπρίω.

MORVS.

Tinguis capillos fœmina. at qui ſcis rogas?
Nigri fuere quum referres è foro.

Τοῦ αὐτοῦ.

Τὰς πολιὰς βάψασα Θεμιστονόη τρικόρωνος,
γίγνεται ἐξαπίνης, οὐ νέα, ἀλλὰ Ῥέα.





IOAN. SOTER.

Canos tinxiſſet poſtquam ipſa Themiſtonoë, mox
Non iuuenis facta eſt, facta ſed ipſa Rhea eſt.

Λεωνίδου.

Γρῆυν ἔγημε Φιλῖνος ὅτ' ἦν νέος. ἡνίκα πρέσβυς,
δωδεκέτιν. Παφίη δ' ὥριος οὐδέποτε.
καὶ γὰρ ἄπαις διέμεινε τότε σπείρων ἐς ἄκαρπα.
νῦν δ' ἑτέροις γήμας, ἀμφοτέρων στέρεται.

ALCIATVS.

Nupſit anus iuueni, uetulo tibi iuncta puella eſt:
O nimium ex omni tempore inepta Venus.
Aut alijs ducis, ſterili uel conſeris agro,
Coniuge nec frueris, nec frueris ſobole.

C. VRS. VELIVS.

Duxit anum iuuenis, bis ſex modo nata Rhilinus
Annos iuncta ſeni eſt, commoda neutra Venus.
Orbus enim, ſterilem nunc ſemina iecit in agrum,
Nunc alijs ducta coniuge, utriſq; caret.

Λουκιλλίου.

Λούεσθαί σε λέγουσι πολὺν χρόνον Ἡλιοδώρα,
γραῖαν ἐτῶν ἑκατὸν μὴ καταλυομένην.
πλὴν ἔγνωκα τίνος ποιεῖς χάριν. ὡς ὁ παλαιὸς
ἐλπίζεις Πελίας ἑψομένη νεάσαι.

ALCIATVS.

Tempore te dicunt multo Heliodora lauari
Centum natam annos & neq; adhuc uietam:
Cur facis id noui, num quod iuueneſcere credis
Elixatae ſenex fecerat ut Pelias.

Τοῦ αὐτοῦ.

Τὴν κεφαλὴν βάπτεις, τὸ δὲ γῆρας οὔποτε βάψεις,
οὐδὲ παρειάων ῥυτίδας ἐκτανύσεις.
μὴ τοίνυν τὸ πρόσωπον ἅπαν ψιμύθῳ κατάπλαττε,
ὥστε προσωπεῖον, κοὐχὶ πρόσωπον ἔχειν.
οὐδὲν γὰρ πλέον ἐστί. τί μαίνεαι; οὔποτε φῦκος,
καὶ ψίμυθος, τεύξει τὴν ἑκάβην ἑλένην.

MORVS.

Sæpe caput tinguis, nunquam tinctura ſenectam,
Aut tonſura genis quæ tibi ruga tuis.
Deſine iam faciem ſtibio perfundere totam,
Ne perſona tibi hæc ſit modo, non facies.
Quum nihil aſſequeris fuco ſtibioq́; quid amens
Vis tibi? nũquam Hecuben hæc facient, Helenen.

C. VRS. VELIVS.

Inficis ora, dies nunquam tinctura ſeniles,
Nunquam rugoſas explicitura genas.
Deſine iam ſtibio faciem depingere totam,
Ne laruam, haud faciem quis putet eſſe tuam.
Nil reliquum, quæ eſt hæc dementia: nam neq; fucus,
Nec ceruſſa Helenen fecerit ex Hecuba.

IO. SLEIDANVS.

Tu licet unguento caput illinis, haud tamen unquam
Corpore pelletur cana ſenecta tuo.
Ne uultum mentire nouo medicamine, neuc
Pro facie laruam ſuſcipe uilis anus.
Proficis hac adeò nil fraude, colorq́; paratus
Non Helenen, Hecube quæ fuit ante, facit.
¶Huic concinit hoc epigrammate

MAR



MARTIALIS.

Formoſam faciem nigro medicamine uelas,
Sed non formoſo corpore lædis aquas.
Ipſam crede deam uerbis tibi dicere noſtris,
Aut aperi faciem, uel tunicata laua.

IDEM.

Dentibus atq; comis, nec te pudet, uteris emptis.
Quid facies oculo Lælia? non emitur.

ΕΙΣ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΥΣ.

Λουκιλλίου.

Αὐ τοῦ γραμματικοῦ μνησθῶ μόνον Ἡλιοδώρου,
εὐθὺ σολοικίζειν τὸ στόμα μου δέδεται.

MORVS.

Quum mihi grammaticus mẽtem ſubit Heliodorus,
Noſtra ſolœciſmos illico lingua timet.

Ἄδηλον.

Οὐδεὶς γραμματικῶν δύναταί ποτε ἄρτιος εἶναι,
ὀργὴν, καὶ μῆνιν, καὶ χόλον εὐθὺς ἔχων.
Huc alluſiſſe uidetur

AVSONIVS.

Fœlix grammaticus non eſt, ſed nec fuit unquam:
Nec quiſquam eſt fœlix nomine grammaticus.
Sed ſi quis fœlix præter fatum extitit unquam,
Is demum exceſſit grammaticos canonas.

Λουκιλλίου.

Ἔξω παιδεύεις Πάριδος κακὰ, καὶ Μενελάου,
ἔνδον ἔχων πολλοὺς σῆς Ἑλένης Πάριδας.

IOAN. SOTER.

Extra doces mala tu Paridis, legis & Menelai,

Multos

Multos intus habes cur Helenes Paridas.

ΕΙΣ ΓΥΝΑΙΚΑΣ.

Παλλαδᾶ.

πᾶσα γυνὴ χόλος ἐστίν. ἔχει δ' ἀγαθὰς δύο ὥρας,
τὴν μίαν ἐν θαλάμῳ, τὴν μίαν ἐν θανάτῳ.

LVSCINIVS.

Omnis cum mala ſit mulier, geminas tamen horas
Illa bonas præſtat, mortis & in thalamo.

ΕΙΣ ΔΥΣΕΙΔΕΙΣ.

Λουκιλλίου.

ῥύγχος ἔχων τοιοῦτον Ὀλυμπικὲ, μήτ' ἐπὶ κρήνην
ἔλθῃς, μήτ' ἐν ὄρει πρός τι διαυγὲς ὕδωρ.
καὶ σὺ γὰρ ὡς Νάρκισσος ἰδὼν τὸ πρόσωπον ἐναργὲς
τεθνήξῃ, μισῶν σαυτὸν ἕως θανάτου.

C. VRS. VELIVS.

Roſtro adeo cum ſis turpi, nec Olympice fontes,
Nec pete perſpicuas ad loca montis aquas.
Nam facie inſpecta, ueluti Narciſſus, obibis
Lethifero teipſum præcipitans odio.

Ἀδήλον.

Ἡ ῥὶς Κάστορός ἐστιν ὅταν σκάπτῃ τι, δίκελλα.
σάλπιγξ δ' ἂν ῥέγχῃ. τῇ δὲ τρύγῃ, δρέπανον.
ἐν πλοίοις, ἄγκυρα. κατασπείροντι δ' ἄροτρον.
ἄγκιστρον ναύταις, ὀψοφάγοις κρεάγρα.
ναυπηγοῖς, κένδυλα, γεωργοῖς δὲ, πρασόκουρον.
τέκτοσιν, ἀξίνη. τοῖς δὲ πυλῶσι, κόραξ.
οὕτως εὐχρήστου σκεύους Κάστωρ τετύχηκε,
ῥῖνα φέρων πάσης ἁρμενὸν ἐργασίας.

Lu



LVSCINIVS.

Caſtoris eſt naſus ligo cum fodit. Huic ubi ſtertit,
Arguta eſt tuba, uindemiat inde mucro.
Nauibus ancora erit naſus mihi, uomer & aruis,
Piſcibus eſt hamus, fuſcina carniuoris.
Hinc ſcalprum lintres cauat, hinc uiti utile ferrum.
Aſcia tum fabris, coruus erit foribus.
Breuiter eſt nactus Caſtor ſimul omnia naſo
Commoda, nam confert, uſibus innumeris.

C. VRS. VELIVS.

Cum fodit, eſſe ſolet naſus ligo Caſtoris illi,
Buccina cum ſtertit, falx ubi uina legit.
Ancora nauigijs accommoda, uomis aranti,
Hamus & eſt nautis, fuſcina carniuoris.
Ligna cauaturis ſcalprum, culterq́; putanti,
Aſcia ſed fabris, uncinus eſt foribus.
Caſtoris hinc adeo res eſt accommoda naſus,
Quem cunctis habet hic uſibus appoſitum.

Θεοδώρου.

Ἑρμοκράτης τοῦ ῥινός, ἐπεὶ τὴν ῥῖνα λέγοντες
Ἑρμοκράτους, μικροῖς μακρὰ χαριζόμεθα.

C. VRS. VELIVS.

Hermocrates naſi, paruis aptamus iniqui
Grandia, ſi naſum dicimus Hermocratis.

Ἀμμονίδου.

Ἀντιπάτραν γυμνὴν εἴ τις παρθένον εἶδεν,
ἔκτοθεν ἂν στηλῶν Ἡρακλέους ἔφυγον.

MORVS.

Fugerit ad Parthos, uel ad Herculis uſq; columnas

Viſ

Viſa ſemel, poſitis ueſtibus, Antipatra.

Λουκιλλίου.

Ψευδὲς ἔσοπτρον ἔχει Δημοσθενίς. εἰ γὰρ ἀληθὲς
ἔβλεπεν, οὐκ ἂν ὅλως ἤθελεν αὐτὸ βλέπειν.

MORVS.

Te ſpeculum fallit, ſpeculum nam Gellia uerum
Si ſemel inſpiceres, nunquam iterum inſpiceres.

Ἀμμιανοῦ.

Οὐ δύναται τῇ χειρὶ Πρόκλος τὴν ῥῖν' ἀπομύσσειν,
τῆς ῥινὸς γὰρ ἔχει τὴν χέρα μικροτέρην.
οὐδὲ λέγει Ζεῦ σῶσον ἐὰν πταρῇ. οὐ γὰρ ἀκούει,
τῆς ῥινός. πολὺ γὰρ τῆς ἀκοῆς ἀπέχει.

MORVS.

Nunquam Procle manu nares emungere poſſis,
Nam tua nare manus, magna licet, minor eſt.
Quando Ioue inclamas ſternutās, quippe nec audis,
Tam procul ab naſus prominet aure tuus.

Παλλαδᾶ.

Ὁ τὴν γυναῖκα τὴν ἄμορφον δυστυχῶν,
λύχνους ἀνάψας ἑσπέρας, σκότος βλέπει.

MORVS.

Qui miſer uxorem deformem duxerit; habebit
Veſpere, iam accenſo lumine adhuc tenebras.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ἠγόρασας πλοκάμους, φῦκος, μέλι, κηρόν, ὀδόντας,
τῆς αὐτῆς δαπάνης ὄψιν ἂν ἠγόρασας.

MORVS.

Quur emitur fucus, coma, dens, mel, ceraq; poſſet
Quum perſona tibi tota minoris emi?



LVSCINIVS.

Mel, fucum, ceram, dentes emis atq; capillos,
Quur ita? Num potuit larua minoris emi?

Ἰουλιανοῦ.

Ὄψιν ἔχεις στρουθῷ πανομοίϊον. ἦ ῥά σε Κίρκη
ἐς πτηνὴν μετέθηκε φύσιν, κυκεῶνα πιόντα.

IOAN. SOTER.

Paſſeri habes uultum ſimilem, Circe ipſa reuera
Te ex homine fecit uolucrem cyceona bibentem.

Τραϊανοῦ βασιλέως.

Ἀντίον ἠελίου στήσας ῥῖνα, καὶ στόμα χάσκων,
δείξεις τὰς ὥρας πᾶσι παρερχομένας.

MORVS.

Si tuus ad ſolem ſtatuatur naſus, hiante
Ore, bene oſtendas dentibus, hora quota eſt.

LVSCINIVS.

Oris hient rictus, ſoliq; opponito naſum,
Oſtendes horam dentibus ipſe tuis.

ΕΙΣ ΔΥΣΩΔΕΙΣ.

Λουκιανοῦ.

Οὔτε χίμαιρα τοιοῦτον ἔπνει κακὸν ἡ καθ' Ὅμηρον.
οὐκ ἀγέλη ταύρων ὡς ὁ λόγος πυρίπνους,
οὐ Λῆμνος σύμπασ' οὐχ Ἁρπυιῶν τὰ περισσά,
οὐδ' ὁ Φιλοκτήτου πούς ἀποσηπόμενος.
ὥς τε σε παμψηφεὶ νικᾶν Τελέσιλλα χιμαίρας,
σηπεδόνας, ταύρους, ὄρνεα, Λημνιάδας.

IO. BAP. PIVS.

M Mαο

Mæonides non tale malum ſpiraſſe Chimæram
Trigeminam, aut tauros credidit igniuomos.
Non omnẽ Lemnon, uolucrum excrementa ſororũ,
Aut Philoctetæ uulnera dira pedis.
Quare iudicio populi Teleſilla Chimæram
Vince, boues, ſanies, Lemniadas, uolucres.

HERM. A' NOVA AQVILA CO.

Tale Chimæra malũ non ſpirat, ut author Homerus,
Non, ut fama, boum grex ferus igniuomũm,
Tota etiam Lemnos, nec fœdis uentribus Harpæ,
Pes'ue Philoctetæ marcidus ille ſenis.
Quot numeris igitur uincis Teleſilla Chimæras
Putores, tauros, Lemniadas, uolucres.

¶Huic diſſimile non eſt hoc de Thaide,

MARTIALIS.

Tam male Thais olet, quàm non fullonis auari
Teſta uetus, media ſed modo fracta uia.
Non ab amore recens hircus, non ora leonis,
Non detracta cani tranſtyberina cutis.
Pullus abortiuo nec cum putreſcit in ouo,
Amphora corrupto nec uitiata garo.
Virus ut hoc alio fallax permutet odore,
Depoſita quoties balnea ueſte petit.
Pſilotro nitet, aut acida latet oblita creta,
Aut tegitur pingui terq; quaterq; faba.
Cum bene ſe tutam per fraudes mille putauit,
Omnia cum fecit, Thaida Thais olet.

ΕΙΣ ΔΟΛΙΟΥΣ.

Λουκιλλίου.



Εἴ με φιλεῖς, ἔργῳ με φίλει, καὶ μή μ' ἀδίκει σύ.
ἀρχὴν τοῦ βλάπτειν τὴν φιλίην θέμενος.
πᾶσι γὰρ ἀνθρώποισιν ἐγὼ πολὺ κρέσσονα φημὶ
τὴν φανερὰν ἔχθραν τῆς δολερῆς φιλίης.
φασὶ δὲ καὶ νήεσσιν ἁλιπλανέεσσι χερείους
τὰς ὑφάλους πέτρας τῶν φανερῶν σπιλάδων.

IO. SLEIDANVS.

Officio mecum certes, ac deſine fraudes
Nectere, ſi uere ſum tibi amicus ego.
Pernicioſus enim, quiſquis ſimulabit amorem,
Et minus ille nocet, qui nocet uſq; palam.
Quiq; latent pelago ſcopuli plus nauibus obſunt,
Quàm, quos extanteis nauita cernit aquis.

ΕΙΣ ΔΟΥΛΟΥΣ.

Ἄδηλον.

Βουλεύειν Ἀγαθῖνε τὸ βῆτα δὲ τοῦτ' ἐπρίω νῦν
εἰπὲ πόσου τιμῆς. δέλτα γὰρ ἦν πρότερον.

C. VRS. VELIVS.

Βουλεύειν Agathine, ſed emptum hoc obſecro quanti
Βῆτα tibi eſt cedò, quod modo δέλτα fuit.

¶Huic ſimile eſt & hoc præcedens,

Ἄδηλον.

Τοῦτο τὸ βουλεύειν εἶχες πάλαι. ἀλλὰ τὸ βῆτα
οὐκ ἐπιγιγνώσκω, δέλτα γὰρ ἐγράφετο.

ΕΙΣ ΖΩΓΡΑΦΟΥΣ.

Λεωνίδου.

Εἰκόνα Μηνοδότου γράψας Διόδωρος, ἔθηκε
πλὴν τοῦ Μηνοδότου πᾶσιν ὁμοιοτάτην.

MORVS.

Hæc tua quam nuper pinxit Diodorus imago,
Cuiuſuis magis eſt, quàm tua Menodote.

IDEM.

Sic te totum iſthac expreſſit imagine pictor,
Vt nulli tam ſit, quàm tibi diſſimilis.

IOAN. SLEIDANVS.

Menodoti effigiem pinxit Diodorus, eratq;
Viuo Menodoto nil mage diſſimile.

Τοῦ αὐτοῦ.

Γράψας Δευκαλίωνα Μενέστρατε, καὶ Φαέθοντα,
ζητεῖς τίς τούτων ἄξιός ἐστι τίνος.
τοῖς ἰδίοις αὐτοὺς τιμήσομεν. ἄξιος ὄντως
ἐστὶ πυρὸς Φαέθων, Δευκαλίων δ᾽ ὕδατος.

LVSCINIVS.

Quæris Deucaleon Phaetonq; Menaſtrate picti,
Quem capiat meritum dignus uterq; locum.
Cuiq; ſuus debetur honos, hunc urere flammis,
Illum ſubmergi protinus amne decet.

C. VRS. VELIVS.

Deucaleone tibi & Phaetonte Meneſtrate pictis,
Iam pretio quo ſit dignus uterq; rogas.
Ambo ſorte ſua digni, mittiq; meretur
In flammas Phaeton, Deucalion ſub aquam.

¶Huc alluſit ad Baſſum

MARTIALIS.

Colchida quid ſcribis? quid ſcribis amice Thyeſten?
Quid tibi uel Niobe Baſſe uel Andromachen?
Materia eſt mihi crede tuis aptiſſima chartis

Deu



Deucalion, uel ſi non placet hic, Phaethon.

Λουκιλλίου.

Εἴκοσι γεννήσας ὁ ζωγράφος Εὔτυχος υἱοὺς,
οὐδ᾽ ἀπὸ τῶν τέκνων οὐδὲν ὅμοιον ἔχει.

IO. SLEIDANVS.

Proles uiginti dedit Eutychus, & tamen ipſum
Non eſt, qui referat filius ore patrem.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ζωγράφε, τὰς μορφὰς κλέπτεις μόνον. οὐ δύνασαι δὲ
φωνὴν συλῆσαι, χρώματι πειθομένην.

IDEM.

Corpora nuda potes rerum depingere. Vocem
Addere corporibus non potes arte ſimul.

ΕΙΣ ΙΑΤΡΟΥΣ.

Λουκιλλίου.

Τοῦ λιθίνου Διὸς ἐχθὲς ὁ κλινικὸς ἥψατο Μάρκος,
καὶ λίθος ὢν, καὶ Ζεὺς, σήμερον ἐκφέρεται.

AVSONIVS.

Alcon heſterno ſignum Iouis attigit: ille
Quamuis marmoreus, uim patitur medici.
Ecce hodie iuſſus transferri ex æde uetuſta
Effertur, quamuis ſit deus atq; lapis.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ἑρμογένη τὸν ἰατρὸν ἀστρολόγος Διόφαντος
εἶπε μόνους ζωῆς ἐννέα μῆνας ἔχειν.
κἀκεῖνος γελάσας, τί μὲν ὁ Κρόνος ἐννέα μηνῶν
φησὶ λέγει, σὺ νόει, τἀμὰ δὲ σύντομά σοι.
εἶπε, καὶ ἐκτείνας, μόνον ἥψατο. καὶ Διόφαντος

M 3 ἀλ

ἄλλον ἀπελπίζων, αὐτὸς ἀπεσκάρισεν.

AVSONIVS.

Languenti Marco dixit Diodorus haruſpex
Ad uitam non plus ſex ſupereſſe dies.
Sed medicus diuis fatisq; potentior Alcon
Falſum conuicit illico haruſpicium,
Tractauitq; manum, uicturi, ni tetigiſſet:
Illico nam Marco ſex periere dies.

Στράτωνος.

Ἰητρὸς Καπίτων Χρύσην ἐνέχρισεν ὁρῶντα
ὀκτὼ μὲν μακρὸν πύργον ἀπὸ σταδίων,
ἄνδρα δ' ἀπὸ σταδίου. διὰ δώδεκα δ' ὄρτυγα πηχῶν,
φθεῖρα δ' ἀπὸ σπιθαμῶν καὶ δύο δερκόμενον.
νῦν δ' ἀπὸ μὲν σταδίου, πόλιν οὐ βλέπει. ἐκ δὲ διπλέθρου,
καιόμενον κατιδεῖν τὸ φάρον οὐ δύναται.
ἵππον ἀπὸ σπιθαμῆς δὲ μόλις βλέπει. ἀντὶ δὲ τοῦ πρὶν
ὄρτυγος, οὐδὲ μέγαν στρουθὸν ἰδεῖν δύναται.
ἂν δὲ προσεγχρίσας αὐτὸν φθάσῃ οὐδὲ ἐλέφαντα
οὐκ ἔτι μήποτ' ἴδῃ πλησίον ἑσταότα.

C. VRS. VELIVS.

Vngebat Chryſen Capito, cui culmina turris
A' ſtadijs octo uiſa fuere prius.
Viſus homo à ſtadio fuit: ad duodena coturnix
Brachia, pes palmos per duo lende ſatus.
Nunc urbem à ſtadio, uix cernere iugera porro
Per duo lucentem nec Pharon ille poteſt.
Sed nec equum palmi ſpatio: proq; alite parua
Paſſeris immenſi membra uidere nequit.

Quem



Quem modo ſi medicus perrexerit ungere, cernet
Admotum propius uix elephanta ſibi.

Ἀδήλου.

Ἰατρὸς ἀδολέσχος νοσοῦντι πάλιν νόσος.
πολλῶν ἰατρῶν εἴσοδός μ' ἀπώλεσεν.

LODO. IAVSSERANDVS.

Eſt garrulus ægro medicus alia infirmitas.
Multus aditus medentium me perdidit.

IDEM.

Garrulus ægroto medicus ſi forte medetur,
Alter adeſt morbus, continuusq; dolor.
Multos ipſe adij medicos, neq; profuit unquam:
Sed multi interitus cauſa fuere mei.

Λουκιλλίου.

Ἑρμογένην τὸν ἰατρὸν ἰδὼν Διόφαντος ἐν ὕπνοις,
οὐκ ἔτ' ἀνηγέρθη, καίπερ ἴαμα φέρων.

MARTIALIS.

Lotus nobiſcum eſt hilaris, cœnauit & idem,
Inuentus mane eſt mortuus Andragoras.
Tam ſubitæ mortis cauſam Fauſtine requiris?
In ſomnis medicum uiderat Hermocratem.

Παλλαδᾶ.

Βέλτερον ἡγεμόνος λῃστοκτόνου ἐς κρίσιν ἐλθεῖν,
ἢ τοῦ χειρουργοῦ Γενναδίου παλάμας.
ὃς μὲν γὰρ φονέας ὁσίως στυγέων. κατατέμνει.
ὃς δὲ λαβὼν μισθοὺς, εἰς ἀΐδην κατάγει.

LVSCINIVS.

Iudicium melius fuerit ſubijſſe latronis,

Gennadij medicas quàm petiſſe manus,
Ille etenim cædes ſancte execratur & odit,
Hic pretium capit, & ducit ad Elyſios.

Αγαθίου.

Ἰητὴρ τίς ἐμοὶ τὸν ἑὸν φίλον υἱὸν ἔπεμψεν,
ὥς τὸ μαθεῖν παρ' ἐμοὶ ταῦτα τὰ γραμματικά.
ὡς δὲ τὸ, μῆνιν ἄειδε, καὶ ἄλγεα μυρί' ἔθηκεν
ἔγνω, καὶ τὸ τρίτον τοῖς δ' ἀκόλουθον ἔπος,
πολλὰς δ' ἰφθίμους ψυχὰς ἄϊδι προΐαψεν,
οὐκ ἔτι μιν πέμπει πρός με μαθησόμενον.
ἀλλά μ' ἰδὼν ὁ πατὴρ, σοὶ μὲν χάρις εἶπεν ἑταῖρε.
αὐτὰρ ὁ παῖς παρ' ἐμοὶ ταῦτα μαθεῖν δύναται.
καὶ γὰρ ἐγὼ πολλὰς ψυχὰς ἄϊδι προϊάπτω,
καὶ πρὸς τοῦτ' οὐδὲν γραμματικοῦ δέομαι.

IOAN. SOTER.

Conſueuit medicus natum mihi mittere charum
A' me quo liceat diſcere grammatica.
Qui poſtquam, Iram diua refer, Poſuitq; dolores
Innumeros, didicit: uerſus & alter habet,
Robuſtasq; animas multas præmiſit ad orcum:
Haud me iterum eſt natum paſſus adire ſuum.
Sed me conſpecto, tibi maxima gratia amice,
Ex me, inquit, potuit hæc didiciſſe puer.
Mitto ego nanq; animas inferno ſæpe potentes,
Adq; hoc nullo opus eſt grammatici auxilio.

IOAN. SLEIDANVS.

In medica quidam mihi uir non infimus arte
Natum, quò poſſet Græca ſonare, dedit.





Qui poſtquam Iliados modulari carmina prima,
Iſtaq; iam potuit dicere uerba puer:
Complureis orco dedit hic animasq; uirosq;:
Extemplo puerum detinet ille domi.
Meq; ubi uidiſſet grateis tibi debeo magnas
Inquit, At hæc natum cuncta docere queo.
Plurima nam per me Plutoni mittitur umbra,
Et mihi grammatici nil opus hic opera.

¶Huc pertinet de medico iocus,

GEORG. ANONYMI.

Romanus quidam medicus procul ibat Athenas,
Vt Græce Latio diſceret ore loqui.
Prima nouæ linguæ qui cum præcepta teneret,
Iam rude Grammatices & ſuperaſſet opus,
Mæonium uatem ſibi mox proponit Homerum,
Talia ſunt cuius carmina ſcripta libro.
Iram Pelidæ memora mihi diua ſuperbi,
Peſtiferam Græcis quæ mala multa dedit,
Et fortes animas ſub triſtia tartara miſit
Heroum, quos nunc pallidus orcus habet.
Scilicet hæc medicus cum primum carmina legit,
Edidit inſigni dicta faceta ioco:
Si meruit laudis tantum bellator Achilles,
Hæcq; ſuæ famæ gloria magna fuit,
Quòd ſtygio multas animas Acheronte ſubegit,
Pro Danais quando fortiter arma tulit:
Me reor & ſimili celebrabit Græcia laude,
Ars mea nam quiddam grandius inſtar habet:
Non quia ſic gladijs, rigido nec deniq; ferro
Eſt unquam cædes ulla peracta mihi.

Herbis ſimplicibus tantum curator, ad orcum
Multorum medica corpora mitto manu.

ΕΙΣ ΚΙΘΑΡΩΔΟΥΣ.

Λεωνίδου.

Νυκτικόραξ ᾄδει θανατηφόρον. ἀλλ᾽ ὅταν ᾄσῃ
Δημόφιλος, θνήσκει καὐτὸς ὁ νυκτικόραξ.

IO. SLEIDANVS.

Nycticorax mortem cantu prædicit: At ille
Demophilo moritur triſte canente melos.

Τοῦ αὐτοῦ.

Σιμύλος ὁ ψάλτης, τοὺς γείτονας ἔκτανε πάντας,
νυκτὸς ὅλης ψάλλων, πλὴν ἑνὸς ὠριγένους.
κωφὸν γὰρ φύσις αὐτὸν ἐθήκατο. τοὔνεκεν αὐτῷ
ζωὴν ἀντ᾽ ἀκοῆς δῶκε περισσοτέρην.

IDEM.

Nocte canens tota uicinos perdidit omneis
Simylus, haud nocuit ſed tamen Horigeni,
Surdus enim fuit: atq; deus, quò tanta leuaret
Damna, dedit uitæ tempora longa breui.

ΕΙΣ ΚΛΕΠΤΑΣ.

Λουκιλλίου.

Εἴσιδεν Ἀντίοχος τὴν Λυσιμάχου ποτὲ τύλην,
κοὐκ ἔτι τὴν τύλην εἴσιδε Λυσίμαχος.

C. VRS. VELIVS.

Lyſimachi pateram poſtquam uidiſſet Opheltes,
Non uidit pateram poſtea Lyſimachus,

ΕΙΣ ΚΟΥΡΕΑΣ.

Λουκιλλίου.





Τὸν δασὺν Ἑρμογένη ζητεῖ πόθεν ἄρξεται κουρεὺς
κείρειν τὴν κεφαλὴν, ὄνθ᾽ ὅλον ὡς κεφαλήν.

IOAN. SOTER.

Hermogenem fruſtra aggreditur tondere magiſter,
Multiplicem ob crinem nam caput haud repperit.

ALITER.

Hermogenem tonſor tonſurus, fruſtra requirit
Ceruicem, hiſpidior cætera nanq; fuit.

ΕΙΣ ΚΩΦΟΥΣ.

Νικάρχου.

Δυσκώφῳ δύσκωφος ἐκρίνετο. καὶ πολὺ μᾶλλον
ἦν ὁ κριτὴς τούτων τῶν δύο κωφότερος.
ὧν ὁ μὲν, ἀντέλεγεν τὸ ἐνοίκιον αὐτὸν ὀφείλειν
μηνῶν πένθ᾽. ὁ δ᾽ ἔφη νυκτὸς ἀληλεκέναι.
ἐμβλέψας δ᾽ αὐτοῖς ὁ κριτὴς, λέγει, ἐς τί μάχεσθε;
μήτηρ ἔσθ᾽ ὑμῖν; ἀμφότεροι, τρέφετε.

MORVS.

Lis agitur, ſurdusq́; reus, ſurdus fuit actor,
Ipſe tamen iudex ſurdus utroq; magis.
Pro ædibus hic petit æs, quinto iam menſe peracto.
Ille refert, tota nocte mihi acta mola eſt.
Aſpicit hos iudex, & quid contenditis inquit.
An non utriq; eſt mater? utriq; alite.

LVSCINIVS.

In ius forte trahit ſurdum, mirabile dictu,
Surdus, & his iudex ſurdior ipſe fuit.
Eq; domo cenſum in quintum menſem petit actor,
Nocte reus tota dixit ego molui.
Intuitos iudex ambos, Quæ litis origo

Huius,ait matrem mando fouete ſimul.

ΕΙΣ ΛΑΙΜΑΡΓΟΥΣ.

Λουκιλλίου.

Οὐδὲν ἀφῆκεν ὅλως Διονύσιε λείψανον Αὔλῳ
 Εὐτυχίδης δειπνῶν. ἦρε δὲ πάντ᾽ ὀπίσω.
καὶ νῦν Εὐτυχίδης μὲν ἔχει μέγα δεῖπνον ἐν οἴκῳ
 μὴ κληθεὶς δ᾽ Αὖλος ξηροφαγεῖ καθίσας.

IOAN. SLEIDANVS.

Eutychides Aulo ſemper conuiua,reliquit
 Nil magis,& quod edat, iam nihil Aulus habet.
Aulus ab Eutychide ſpretus, dum lautius ille
 Viuit,difficili diſperit uſq; fame.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ἦν βραδὺς Εὐτυχίδης σαδιοδρόμος, ἀλλ᾽ ἐπὶ δεῖπνον
 ἔτρεχεν, ὥς τε λέγειν, Εὐτυχίδης πέταται.

MORVS.

Stare putes ſtadio Eutychides quum curreret, at quū
 Curreret ad cœnam, nempe uolare putes.

ΕΙΣ ΛΕΠΤΟΥΣ.

Αμμιανοῦ.

Τὸν μικρὸν Μάκρωνα θέρους κοιμώμενον εὑρὼν
 εἰς τρώγλην μικροῦ τοῦ ποδὸς εἵλκυσε μῦς.
ὃς δ᾽ ἐν τῇ τρώγλῃ ψιλὸς τὸν μῦν ἀποπνίξας,
 Ζεῦ πάτερ, εἶπεν, ἔχεις δεύτερον ἡρακλέα.

LVSCINIVS.

Dormierat nanus die Macron forte ſub æſtu
 Heu caua cū miſerum mus pede in antra trahit.
Ille ſpecum ſonitu replet Marte ut cecidit, mus.

Al



Alcidem ecce tibi Iuppiter hic alium.

HERM. A' NOVA AQVILA CO.

Exiguum Macrona uidens ſub ſole iacentem
 Mus tenero prenſum traxit in antra pede.
Aſt ubi iam murem breuis occidiſſet in antro,
 Iuppiter,en tibi nunc Hercules alter,ait.

C. VRS. VELIVS.

Paruulus æſtiuo dormiuit tempore Macron
 Quem ſua mus gracili traxit in antra pede,
Qui leuis in fouea clamauit,mure perempto,
 Iuppiter,Alcides ecce tibi alter ero.

IO. SLEIDANVS.

Pumilio cum forte Macron ſub ſole cubaret,
 Mus pede non magno traxit in antra uirum.
Qui ſimul atq; ſuis tantum colliſerat hoſtem
 Viribus.En ego nunc Hercules alter ait.

Λουκιλλίου.

Ἐξ ἀτόμων ἐπίκουρος ὅλον τὸν κόσμον ἔγραψεν,
 εἶναι τοῦτο δοκῶν ἄλκιμε λεπτότατον.
εἰ δὲ τότ᾽ ἦν Διόφαντος, ἔγραψεν ἂν ἐκ Διοφάντου,
 τοῦ καὶ τῶν ἀτόμων πολύ τι λεπτοτέρου.
ἢ τὰ μὲν ἄλλ᾽ ἔγραψε συνεσάναι ἐξ ἀτόμων ἄν,
 ἐκ τούτου δ᾽ αὐτὰς ἄλκιμε τὰς ἀτόμους.

MORVS.

Ex atomis Epicurus totum fabricat orbem
 Alcime,dum nihil his credidit eſſe minus.
Ex te feciſſet ſi tum Diophante fuiſſes,
 Nempe atomis multo es tu Diophante minor,
Aut forte ex atomis iam cætera ſcriberet eſſe,

Aſt

Aſt ipſas ex te ſcriberet eſſe atomos.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ἱππεύων μύρμηκι Μενέστρατος ὡς ἐλέφαντι,
Δύσμορος ἐξαπίνης ὕπτιος ἐξετάθη.
λακτισθεὶς δ' ὡς εἶχε τὸ καίριον, ὦ φθόνε φησίν,
οὕτως ἱππεύων ὤλετο καὶ Φαέθων.

AVSONIVS.

Fauſtulus inſidens formicæ, ut magno elephanto,
Decidit, & terræ terga ſupina dedit.
Moxq́; idem ad mortem eſt multatus calcibus eius,
Perditus ut poſſet uix retinere animam.
Vix tamen eſt fatus: quid rides improbe liber
Quòd cecidi; cecidit non aliter Phaeton.

Λουκιλλίου.

Βουλόμενός ποθ' ὁ λεπτὸς ἀπάγξασθαι Διόφαντος,
νῆμα λαβὼν ἀράχνης, αὑτὸν ἀπηγχόνισεν.

MORVS.

Vt fugeret miſeræ Diophantus tædia uitæ,
Vſus arachneo eſt ſtamine pro laqueo.

LVSCINIVS,

Pygmæo eſt laqueus quod fecit aranea filum,
Quando miſer ſeſe ſtrangulat atq; perit.

C. VRS. VELIVS.

Cum macer optaret laqueo Diophantus obire,
Penſilis eſt filo factus araneoli,

IOAN. SOTER.

Pendulus eſſe uolens tenuis cum olim Diophantus,
Stamine araneoli ſe miſer ipſe necat.

ΕΙΣ ΜΑΚΡΟΥΣ.





Αμμιανοῦ.

Τῷ στρατονικείῳ πόλιν ἄλλην οἰκοδομεῖτε,
ἢ τούτοις ἄλλην οἰκοδομεῖτε πόλιν.

C. VRS. VELIVS,

Vrbem aliam Stratoniceo nunc condite ciues,
Aut iſtis urbem condite nunc aliam.

ΕΙΣ ΜΕΘΥΣΟΥΣ.

Παλλαδᾶ.

Σιλβανὸς δύο παῖδας ἔχων, οἶνόν τε καὶ ὕπνον,
οὐκ ἔτι τὰς μούσας, οὐδὲ φίλους φιλέει.
ἀλλ' ὁ μὲν ἐκ λεχέων νιν ἐΰῤῥοος ἐς φρένα θέλγει.
ἄλλος δ' ἐν θαλάμοις ῥεγχόμενον κατέχει.

IOAN. SLEIDANVS.

Siluano cum ſint geminæ, Somnusq́; Merumq́;
Proles, iam muſas negligit, atq; ſuos.
Altera delectat molles diffuſa per artus,
Altera mox placido membra ſopore grauat.

Ἀδήλου.

Πῶς φιλέεις ὦ μῆτερ ἐμοῦ πλέον ὑέος οἶνον;
δὸς πιέειν οἴνοιο, ἐπεὶ γάλα τοπρὶν ἔδωκας.
ὦ παῖ, σὺ μὲν δίψαν ἐμὸν γάλα τοπρὶν ἔπαυσε,
νῦν δ' ἴθι πῖνε ὕδωρ, καὶ σβέννυ τὴν σέο δίψαν.

IOAN. SLEIDANVS.

FILIVS.

Sic'ne tibi mater Bacchus me charior ipſo?
Lac puero quondam, nunc uinum porrige mater.

MATER.

Noſtra tibi puero manarunt ubera lacte,

Sed modo fontis aqua ſitienteis collue fauces.

ΕΙΣ ΜΙΛΙΑΡΙΟΝ ΨΥΧΡΟΝ.

Νικάρχου.

Ἠγόρασας χαλκοῦν μιλιάριον Ἡλιόδωρε
τοῦ ποτὶ τὴν θρᾴκην ψυχρότερον Βορέου.
μὴ κάμνε, μὴ φύσα. μάτην τὸν καπνὸν ἐγείρεις,
εἰς τὸ θέρος χαλκῆν Βαύκαλιν ἠγόρασας.

ALCIATVS.

Aeratum emiſti miliarion Heliodore
Per Thracas flantis frigora habens Boreæ.
Ne ſuffla, fumum’ue cites, ſumasq; laborem,
Aerata æſtati Bauculis empta fuit.

ΕΙΣ ΝΟΜΙΚΟΥΣ.

Λουκιλλίου.

Φαῖδρος πραγματικός, καὶ ζωγράφος ἤρισε Ῥοῦφος,
τίς θᾶσσον γράψει, καὶ τίς ὁμοιότερον.
ἀλλ᾽ ἐν ὅσῳ Ῥοῦφος τρίβειν τὰ χρώματ᾽ ἔμελλε,
Φαῖδρος ἔγραψε, λαβὼν εἰκονικὴν ἀποχήν.
τοὺς πόδας εἰ κρατερός, καὶ τὰς χεῖρας εἶχ᾽ ὁλοκλήρους,
οὐκ ἂν τὴν κεφαλὴν εἶχε, τοιαῦτα γράφων.

ALCIATVS.

Acta notans Phædrus, pictor quoq; pignore certat
Rufus, uter citius ſcribat, uter propius.
Sed dum concretas terit hic, ſolуitq; colores,
Deſcripſit uariam protinus ille apocham.
Sorte pedes, palmasq; pari ſi Phædrus habebat,
Nullius certans pictor erat capitis.

ΕΙΣ ΟΚΝΗΡΟΥΣ.





Τοῦ αὐτοῦ.

Τῆς νυκτὸς τροχάσας ἐν ὕπνοις ποτὲ Μάρκος ὁ ἀργός,
οὐκ ἔτ᾽ ἐκοιμήθη, μὴ πάλι που τροχάσῃ.

LVSCINIVS.

In ſomnis currens Marcus piger, arcet & odit
Perpetuo ſomnum, currat ut haud iterum.

C. VRS. VELIVS.

Nocte fatigatus curſu per ſomnia Marcus
Peruigilat, ne iterum ſomniet iſta piger.

¶Soter in pigrum ac ſomnolentum
ſic iocatus eſt.

Εὕδεις παννύχιος, καὶ ἤματα πάντα φίλυπνε
ἐνδιάζεις, θαλάμῳ ῥεγχόμενος μαλακῷ,
ἀλλὰ διϋπνίζου, κ᾽ ἰάων κάμν᾽, ὁπότε σ᾽ ὕπνος
τρέψει, ὡς ἐλάφους τοὺς ἁπαλοτροφέας.

Sicq; Paraphraſticos reddidit.

Nulla tibi ad ſomnum nox ſufficit, at mage lecto
Ipſe diem ſtertis ſomniculoſe tuo.
Excute tu ſomnum potius, uigilansq; labora,
Nunquam etenim ut glirem, te bene ſomnus alet.

ΕΙΣ ΟΡΧΗΣΤΑΣ.

Λουκιλλίου.

Ἐκ ποίων ὁ πατήρ σε δρυῶν τέτμηκεν Ἀρίστων,
ἢ ποίου σε μύλου κόψατο λατομιῶν;
ἦ γὰρ ἀπὸ δρυός ἐστι παλαιφάτου, ἢ ἀπὸ πέτρης,
ὀρχηστής, Νιόβης ἔμπνοον ἀρχέτυπον.
ὥστε με θαυμάζοντα λέγειν, ὅτι καὶ σύ τι Λητοῖ
ἤρισας. οὐ γὰρ ἂν ἦς αὐτομάτως λίθινος.

C. VRS. VELIVS.

Nam quo te genitor de robore fecit Ariſton,
  Aut ex qua ſecuit te lapicida mola?
Fatidica quondam è quercu, aut ex caute reciſa?
  Saltator Niobes uiuus es archetypus.
Hinc adeo miror matrem ſi tu quoq; Phœbi
  Læſeris, haud ultro ſaxeus eſſe potes.

Τοῦ αὐτοῦ.

Πάντα καθ' ἱστορίην ὀρχούμενος, ἓν τὸ μέγιστον
  τῶν ἔργων παριδὼν, ἠνίασας μεγάλως.
τὴν μὲν γὰρ Νιόβην ὀρχούμενος, ὡς λίθος ἔστης.
  καὶ πάλιν ὢν Καπανεὺς, ἐξαπίνης ἔπεσες.
ἀλλ' ἐπὶ τῆς Κανάκης ἀφυῶς, ὅτι καὶ ξίφος ἦν σοι,
  καὶ ζῶν ἐξῆλθες, τοῦτο παρ' ἱστορίην.

AVSONIVS.

Deceptæ fœlix caſus ſe miſcuit arti:
  Hiſtrio ſaltauit qui Capanea ruit.
Idem qui Nioben ſaltauit ſaxeus: ut tum
  Spectator ueram crediderit Nioben.
In Canace uiſus multo fœlicior ipſa,
  Quod non hic gladio uiſcera diſſecuit.

MORVS.

Cætera ad hiſtoriā, quiddam tamē, id quoq; magnū
  Iam tibi ſaltatum contra erat hiſtoriam.
Dum Nioben ageres, ſtabas tanquam lapis eſſes,
  Quum fieres Canapeus, ecce repente cadis.
At Canacem gladio referens quum uiuus abiſti,
  Hoc tibi ſaltatum contra erat hiſtoriam.

HERM. A NOVA AQVILA CO.

Omnia



Omnia perbelle dum luderet hiſtrio, tantum
  Vnus & hic ingens error in arte fuit.
Nam ſaltans Nioben ſubito ſtetit ut graue ſaxum,
  Cumq; foret Canapeus terga ſupina dedit.
Aſt ubi iam Canacen ſtricto mucrone referret,
  Quod uiuens abijt contra erat hiſtoriam

Παλλαδᾶ.

Δάφνην, καὶ Νιόβην ὀρχήσατο Μέμφις ὁ σιμός.
  ὡς ξύλινος, Δάφνην. ὡς λίθινος Νιόβην.

AVSONIVS.

Daphnen & Nioben ſaltauit ſimius idem:
  Ligneus ut Daphne, ſaxeus ut Niobe.

MORVS.

Saltauit Nioben, ſaltauit Daphnida Memphis
  Ligneus ut Daphnen, ſaxeus ut Nioben.

ΕΙΣ ΠΟΙΗΤΑΣ.

Πολλιανοῦ.

Εἰσὶ καὶ ἐν μούσῃσιν ἐριννύες, αἵ σε ποιοῦσι
  ποιητὴν, ἀνθ' ὧν πολλὰ γράφεις ἀκρίτως.
τοίνυν σου δέομαι γράφε πλείονα. μείζονα γάρ σοι
  εὔξασθαι ταύτης οὐ δύναμαι μανίην.

MORVS.

Sunt etiam in Muſis furiæ, quibus ipſe poeta,
  Fis, per quas temere carmina multa facis.
Ergo age plurima ſcribe precor, tibi nempe furorem
  Non ego maiorem quem precer inuenio

GERM. BRIXIVS.

Sunt furiæ & Muſis, quæ te fecere poetam
  Hinc ſine iudicio, carmina multa facis.

Plura ergo, precor, ede poemata, quando precari
  Maiorem hac nequeo Mωre tibi maniam.

IOAN. SLEIDANVS.

Carmina multa facis, faciunt te carmina uatem.
  Quis furias Muſis credat abeſſe ſuas?
Nunc precor ut ſcribas quàm plurima, Nanq; precari
  Maius non poſſum nunc (mihi crede) malum.

Ἀράτου.

Αἰάζω Διότιμον, ὃς ἐν πέτραισι κάθηται,
  Γαργαρέων παισὶν βῆτα καὶ ἄλφα λέγων.

¶Hoc Arati diſtichon cum in omnibus Macrobianis exemplaribus hactenus impreſſis deſideraretur, primus Soter nuper cum eundem autorē excuderet reſtituit, ubi tamē paulum uariauit, commonitorem ſecutus Ianum Parrhaſium, ſicq; uertit.

Miſeret in petris ſolus Diotime ſedes quòd,
  Gargaream pubem betaq; & alpha docens.

Ἀδήλου.

Μισῶ δέσποτα Καῖσαρ, ὅσοις νέος οὐδέποτ᾽ οὐδεὶς
  ἤρεσκε κἂν εἴποι, μῆνιν ἄειδε θεά.
ἀλλ᾽ ἢν μὴ Πριάμου τὶς ἔχῃ χρόνον ἡμιφάλακρος,
  εἰ καὶ κυρτὸς ἄγαν, οὐ δύνατ᾽ ἄλφα γράφειν.
εἰ δ᾽ ὄντως οὕτω τοῦτ᾽ ἔστ᾽ ἔχον ὦ ὕπατε Ζεῦ,
  εἰς τοὺς κηλήτας ἔρχεται ἡ σοφία.

C. VRS. VELIVS.

Hos odi, queis nemo nouus placet optime Cæſar,
  Vel ſi nunc, Iram dic mihi muſa, canat.
Ac niſi quis Priami canus propè contigit annos

Sit



Sit licet incuruus, ſcire nec alpha poteſt.
Si uerum eſt, ô ſumme deûm, tantummodo docti
  Extiterint quoſquos hernia dura tenet.

Aliter paraphraſtice.

Odi maxime Cæſar inſolentes
Quoſdam, nemo nouus quibus poeta
Quamuis egregius poteſt placere.
Non ſi Mœonio excitatus œſtro
Iram dic mihi Diua perſonaret.
Ac niſi Priami peregit annos
Iam tum edentulus atq; ſemicanus.
Non ſi cernuus ille claudicarit,
Quicquam proficiet: nec Alpha credent
Ipſum ſcribere poſſe non uel unum.
Si ſic res habet ô ſupreme regum,
Vates nemo nec eruditus extat
Præter cœliacos & hernioſos.

ΕΙΣ ΠΟΛΥΤΕΧΝΕΙΣ.

Παλλαδᾶ.

Τέκνον ἀναιδείης, ἀμαθέστατε, θρέμμα μορίης,
  εἰπὲ τί βρενθύῃ, μηδὲν ἐπιστάμενος.
ἐν μὲν γραμματικοῖς, ὁ πλατωνικὸς ἂν δὲ Πλάτωνος
  δόγματά τις ζητῇ, γραμματικὸς σὺ πάλιν.
ἐξ ἑτέρου φεύγεις ἐπὶ θάτερον. οὔτε δὲ τέχνην
  οἶσθα γραμματικὴν, οὔτε πλατωνικὸς εἶ.
πάντα μὲν οἶδα λέγεις. ἀτελὴς δ᾽ ἐν πᾶσιν ὑπάρχεις,
  γευόμενος πάντων, οὐδὲν ἔχεις ἴδιον.

C. VRS. VELIVS.

O cui ſtultitia eſt altrix, audacia mater,

 Dic

Dic mihi cunctorum neſcius, unde tumes?
Inter Grammaticos conare Platonicus eſſe,
Grammaticumq́; inter ſcita Platonis agis.
Inq́; aliud fugis ex alio, nec dia Platonis
Dogmata, grammatices nec documenta tenens.
Omnia noſſe tamen te dicis, egenus ubiq́;
Cui nil guſtatis omnibus eſt reliquum.

ΕΙΣ ΠΟΝΗΡΟΥΣ.

Ἀμμιανοῦ.

Εἴη σοι κατὰ γῆς κούφη κόνις οἰκτρὲ Νέαρχε,
ὄφρα σε ῥηϊδίως ἐξερύσωσι κύνες.

IOAN. SLEIDANVS.

Te puluis tegat exiguus poſt fata Nearche,
Vt facile effodiant, turba moleſta, canes.

Τοῦ αὐτοῦ.

Θᾶττον ποιήσει μέλι κάνθαρος, ἢ γάλα κώνωψ,
ἢ σύ τι ποιήσεις, σκορπίος ὢν ἀγαθόν.
οὔτε γὰρ αὐτὸς ἑκών τι ποιεῖς, οὔτ' ἄλλον ἀφίης.
ὡς ἀστὴρ κρονικὸς πᾶσιν ἀπεχθόμενος.

IDEM.

Lacte culex, & melle prius Scarabeus abundet,
Quàm facias, merito quod quis amare queat.
Laude nihil dignum facis, & tamen omnibus obſtas
Sydere Saturni plus metuende nequam.

Ἀμμιανοῦ.

Μασαύρων ἀφελὼν δύο γράμματα Μάρκε τὰ πρῶτα,
ἄξιος εἶ πολλῶν τῶν ὑπολειπομένων.

MORVS.





Maſtauron elementa tibi duo ſubtrahe prima,
Nemo te reliquis dignior eſſe poteſt,

LVSCINIVS.

Maſtauron elementa duo ſi Marce priora
Suſtuleris, reliquis tum mihi dignus eris.

Δημοδόκου.

Καππαδόκην ποτ' ἔχιδνα κακὴ δάκεν, ἀλλὰ καὶ αὐτὴ
κάτθανε, γευσαμένη αἵματος ἰοβόλου.

MORVS.

Vippera Cappadocē mordēs mala, ꝓtinus hauſto,
Tabifico perijt ſanguine Cappadocis

Ἀντιόχου.

Ψυχὴν μὲν γράψαι, χαλεπόν. μορφὴν δὲ χαράξαι,
ῥᾴδιον. ἀλλ' ἐπὶ σοὶ τοὔμπαλιν ἀμφότερα.
τῆς μὲν γὰρ ψυχῆς τὸ διάστροφον ἔξω ἄγουσα
ἐν τοῖς φαινομένοις ἡ φύσις εἰργάσατο.
τὸν δ' ἐπὶ τῆς μορφῆς θόρυβον, καὶ σώματος ὕβριν.
πῶς ἄν τις γράψῃ, μηδ' ἐσιδεῖν ἐθέλων;

MORVS.

Pingere difficile eſt animum, depingere corpus,
Hoc facile eſt, in te ſunt tamen ambo ſecus.
Nam prauos animi mores natura reuelans,
Fecit ut emineant undique perſpicui.
Sed formæ portenta tuæ deformia membra
Quis pingat? quando hæc cernere nemo uelit?

ΕΙΣ ΓΟΡΔΗΝ.

Νικάρχου.

Γορδὴ ἀποκτείνει πολλοὺς ἀδίκεζος ὅσα,

πορδὴ καὶ σώζει τραῦλον ἱεῖσα μέλος.
οὐκοῦν εἰ σώζει καὶ ἀποκτείνει πάλι πορδὴ,
τοῖς βασιλεῦσιν ἴσην πορδὴ ἔχει δύναμιν.

MORVS.

Te crepitus perdit, nimium ſi uentre retentes:
Te propere emiſſus ſeruat item crepitus.
Si crepitus ſeruare poteſt & perdere, nunquid
Terrificis crepitus regibus æqua poteſt?

IAN. LASCARIS.

Interimit crepitus uentris detentus in aluo:
Et ſeruat, blæſum dum canit ille melos.
Ergo ſi perimit crepitus, ſeruatq́; canendo:
Regibus imperium par habet hic crepitus.

ΕΙΣ ΠΑΡΟΡΙΣΤΑΣ.

Ἀμμιανοῦ.

Κἂν μέχρις ἡρακλέους στηλῶν ἔλθῃς περορίζων,
γῆς μέρος ἀνθρώποις πᾶσιν ἴσον σε μένει.
κείσῃ δ' ἴρῳ ὅμοιος, ἔχων ὀβολοῦ πλέον οὐδὲν,
εἰς τὴν οὐκ ἔτι σὴν γῆν ἀναλυόμενος.

MORVS.

Victor ad Herculeas penetres licet uſq; columnas,
Te terræ cum alijs pars manet æqua tamen.
Iro par moriere, obolo non ditior uno,
Et tua te (ſed non iam tua) ſoluet humus.

IOAN. SLEIDANVS.

Quamuis ad Herculeas tendant tua iura columnas,
Te capiet terræ portio parua tamen.
Nanq; iacebis humi miſero infœlicior Iro
In terram uerſus non modo, ut ante, tuam.





ΕΙΣ ΡΗΤΟΡΑΣ.

Λουκιλλίου.

Χοιρίδιον, καὶ βοῦν ἀπολώλεκα, καὶ μίαν αἶγα,
ὧν χάριν εἴληφας μισθάριον Μενεκλῆς.
οὔτε δέ μοι κοινόν τι πρὸς ὀθρυάδαν γεγένηται,
οὔτ' ἀπάγω κλέπτας τοὺς ἀπὸ Θερμοπυλῶν.
ἀλλὰ πρὸς Εὐτυχίδην ἔχομεν κρίσιν, ὥστε τί ποιεῖ,
ἐνθάδε μοι Ξέρξης, καὶ Λακεδαιμόνιοι;
πλὴν κἀμοῦ μνήσθητι νόμου χάριν. ἢ μέγα κράξω,
ἄλλα λέγει Μενεκλῆς, ἄλλα τὸ χοιρίδιον.

ERASMVS.

Succula, bos, & capra, mihi periere Menecles,
Ac merces horum nomine, penſa tibi eſt,
Nec mihi cum Othryade quicq̃ eſt'ue fuit'ue negoti,
Nec fures ullos huc cito Thermopylis,
Sed contra Eutychidẽ nobis lis, proinde quid hic mi,
Aut Xerxes facit, aut quid Lacedæmonij?
Ob pactum & de me loquere, aut clamauero clare,
Multo aliud dicit ſus, aliud Menecles.

¶Cum huius epigrammatis argumẽto conuenit & illud MARTIALIS.

Non de ui, neq; cæde, nec ueneno,
Sed lis eſt mihi de tribus capellis,
Vicini queror has abeſſe furto,
Hoc iudex ſibi poſtulat probari,
Tu Cannas, Mithrydaticumq́; bellum,
Et periuria Punici furoris,
Et Syllas, Mariosq́; Mutiosq́;,

Magna uoce ſonas, manuq; tota.
Iam dic Poſthume de tribus capellis.

Αδήλου.

Εἰκὼν ἡ Σέξτου μελετᾷ, Σέξτος δὲ σιωπᾷ.
ῥήτωρ ἦν εἰκὼν. ὁ δὲ ῥήτωρ, εἰκόνος εἰκών.

MORVS.

Ipſe tacet Sextus, Sexti meditatur imago,
Ipſa eſt rhetor imago, ab imagine rhetor imago eſt.

LVSCINIVS,

Ecce ſilet rhetor Sextus, meditatur imago,
Recte, tum ſtatuæ ſtatua eſt, ſine pectore rhetor,

¶E' Secundo huius diſtichi uerſu
tetraſtichon confinxit

AVSONIVS.

Ore pulchro, & ore muto ſcire uis qui ſim? uolo:
Imago Rufi rhetoris Pictauici.
Diceret ſed ille uellem rhetor hoc mi: non poteſt.
Cur? ipſe rhetor eſt imago imaginis,

IDEM.

Rhetoris hic Rufi ſtatua eſt: ſi ſaxea Rufus:
Cur id ais? ſemper ſaxeus ipſe fuit.

¶Et huc referri poteſt eiuſdem.

Rhetoris hæc Rufi ſtatua eſt, nil uerius ipſa,
Ipſa adeo linguam non habet & cerebrum.
Et riget, & ſurda eſt, & non uidet, omnia Rufi,
Vnum diſſimile eſt, mollior ille fuit.

¶Idem in Rufum pictum.

Hæc Rufi tabula eſt: nil uerius, ipſe ubi Rufus?
In cathedra, quid agit? hoc quod & in tabula.





Αββιανοῦ.

Ἐπτὰ σολοικισμοὺς Φλάκκῳ τῷ ῥήτορι δῶρον
πέμψας, ἀντέλαβον πεντάκι διακοσίους.
καὶ νῦν μὲν φησιν τούτους ἀριθμῷ σοι ἔπεμψα.
τοῦ λοιποῦ δὲ μέτρῳ, πρὸς κύπρον ἐρχόμενος.

MORVS.

Quinq; ſolœciſmis donaui rhetora Flaccum,
Quinq; ſtatim decies reddidit ille mihi.
Nunc numero hos, inquit, paucos cõtentus habeto,
Menſura accipies quando redibo Cypro.

Αμμιανοῦ.

Αὐτὸν ὁρῶ σε Μέδων τὸν ῥήτορα. φεῦ, τί τὸ θαῦμα.
ἐκλαλεῖς γράμμα οὐ; σιγᾷς; οὐδὲν ὁμοιότερον.

LVSCINIVS.

Picte Medon rhetor, ſimilis tibi cerneris. An non?
Mutus eras, poterit nil ſimile eſſe magis.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ῥήτορος ἅδ' εἰκών. ὁ δὲ ῥήτωρ, ῥήτορος εἰκών.
καὶ πῶς; οὐ λαλεῖ, οὐδὲν ὁμοιότερον.

LVSCINIVS.

Rhetoris eſtq; ſtatua, & iam rhetor rhetoris Icon.
Quid ita? ſi taceat nil ſibi tam ſimile.

ΣΥΜΠΟΤΙΚΑ ΑΣΤΕΙΣΜΑΤΑ.

Αδέσποτον.

Μὴ μύρα, μὴ στεφάνους λιθίναις στήλαισι χαρίζου,
μὴ δὲ τὸ πῦρ φλέξῃς. εἰς κενὸν ἡ δαπάνη.
ζῶντί μοι εἴ τι θέλεις, χάρισαι, τέφρην δὲ μεθύσκων,
πηλὸν ποιήσεις, κοὐχ ὁ θανὼν πίεται.

MORVS.

Serta, unguenta, meo ne gratificare ſepulchro:
Vina, focus, lapidi ſumptus inanis erit.
Hæc mihi da uiuo, cineres miſcere falerno,
Nempe lutum facere eſt, non dare uina mihi.

Λεωνίδου.

Μὴ πάλι μοι μετὰ δόρπον ὅτ' οὐκ ἔτι γαστέρα πείθω,
οὔθατα, καὶ χοίρων ἄρτι τίθετε μάχην.
οὐδὲ γὰρ ἐργοπόνοισι μετὰ στάχυν ὄμβρος ἄκαιρος
χρήσιμος, οὐ ναύταις ἐν λιμένι ζέφυρος.

C. VRS. VELIVS.

Ne cum faſtidit, poſt ſumpta cibaria, uenter
Vbera cum fartis pone ſuilla mihi.
Nanque nec agricolis poſt meſſem commodat imber
Nec Zephyrus nautas in ſtatione iuuat.

Στράτωνος.

καὶ πίνε, καὶ τέρπου Δημόκρατες. οὐ γὰρ ἐς αἰεὶ
πιόμεθ', οὐδ' αἰεὶ τέρψιος ἑξόμεθα.
καὶ στεφάνοις κεφαλὰς πυκασώμεθα, καὶ μυρίσωμεν
αὐτοὺς, πρὶν τύμβοις ταῦτα φέρειν ἑτέρους.
νῦν ἐν ἐμοὶ πιέτω μέθυ τὸ πλέον ὀστέα τἀμά,
νεκρὰ δὲ Δευκαλίων αὐτὰ κατακλυσάτω.

GERARD. BVCOLD.

Sis lætus, bibe Democrates, nam tempora nobis
Pocula non ſemper delitiasque dabunt.
Cingamusque caput ſertis, ungamus & ante
Corpora, quàm tumulo condat amara dies.
Nunc mea dum uiuo plus uini uiſcera ſumant,

Mor-



Mortua Deucalion uendicet oſſa ſibi.

Ἀντιπάτρου.

Οὔ μοι πληϊάδων φοβερὴ δύσις, οὐδὲ θαλάσσης
ὀρνύμενον στυφελῷ κῦμα περὶ σκοπέλῳ,
οὐδ'· ὅταν ἀστράπτῃ μέγας οὐρανὸς, ὡς κακὸν ἄνδρα
ταρβῶ, καὶ μύθων μνήμονας ὑδροπότας.

IDEM.

Haud ita Pleiadum occaſus mihi terror, & alti
Fluctus aquæ circum ſpumea ſaxa fremens.
Aethere nec toto metuendum fulgur, ut omnis
Potor aquæ dicti qui memor eſſe ſolet.

Ονέστου.

Μούσης νουθεσίην φιλοπαίγμονος εὕρετο Βάκχος,
ὦ Σικυών, ἐν σοὶ κῶμον ἄγων χαρίτων.
δὴ γὰρ ἔλεγχον ἔχει γλυκερώτατον, ἔν τε γέλωτι
κέντρον. χ' ὦ μεθύων, ἀστὸν ἐσωφρόνισεν.

IDEM.

Muſarum memores lætarum reddit Iacchus
O Sycio, qui te grata referre facit.
Quandoquidem leuiter taxat, ridendoque pungit,
Ebrius & ciuem carpere ſæpe ſolet.

Τοῦ αὐτοῦ.

Αὐτοβελὴς ἥδιστος ἀεὶ πότος. ὃς δέ κ' ἀνάγκῃ,
ὑβριστὴς οἴνῳ τ' ὄξει, καὶ οἰνοπότῃ.
τὸν μὲν γὰρ γαίῃ προχέει κρύφα, τὸν δ' ὑπὸ γαίῃ
πολλάκι πρὸς λήθης ἤγαγε πικρὸν ὕδωρ.
πουλυμεθεῖς, χαίροιτε. τὸ δ' ὁππόσον ἡδὺ ποθῆναι
μέτρον, ἐμοὶ πάσης ἄρκιον εὐφροσύνης.

IDEN

IDEM.

Quem cupis, hic potus iucundus, at ille coactus
Baccho potoriq; unà inimicus erit.
Illum mittit humo tellus, hunc ſæpe ſub ipſa
Condit, & ad lethes ſtagna odioſa trahit.
Lurcones ualeant: mihi maxima gaudia ſunto,
Omnibus in rebus non ſuperaſſe modum.

Ἀνακρέοντος.

Οὐ φίλος ὃς κρατῆρι παρὰ πλέῳ οἰνοποτάζων
Νείκεα καὶ πόλεμον δακρυόεντα λέγει.
Ἀλλ᾽ ὅστις Μουσέων τε καὶ ἀγλαὰ δῶρ᾽ Ἀφροδίτης
Συμμίσγων ἐρατῆς μνήσκεται εὐφροσύνης.

IO. IORDANVS.

Non is amicus erit cyathis conuiua refertis
Iurgia qui narrat, triſtia bella quoq;.
At qui Muſarum Venerisq; illuſtria dona
Commiſcens placidos ſuggerit inde ſales.

Αὐτομέδοντος Κυζικηνοῦ.

Ἄνθρωποι δείλης, ὅτ᾽ ἐπίνομεν. ἢν δὲ γένηται
ὄρθρος, ἐπ᾽ ἀλλήλους θῆρες ἐγειρόμεθα. MORVS.
Veſpere cum bibimus homines ſumus, atq; benigni:
Mane homini ſiccus, trux fera ſurgit homo.

¶Hactenus ſine controuerſia ſequens Epigramma Anacreontis fuiſſe exiſtimatum eſt: Atqui nuper Andreas Alciatus iure conſultorum facile doctiſſimus, Automedonti ueluti γνησίῳ autori aſſeruit, non alia, quam equidem ſciam, ratione ductus, quàm quòd ἀνεπιγράφως Automedontis diſtichon ſequitur: quæ fragilis admodum uidetur ad id conuincen-





dum ratio, cum multa ſint eius generis in opere epigrammatum.

Ἀνακρέοντος,

Οὔ μοι μέλει Γύγαο
τοῦ Σαρδίων ἄνακτος,
οὔθ᾽ αἱρεῖ με χρυσός,
οὐδὲ φθονῶ τυράννοις,
ἐμοὶ μέλει μύροισι
καταβρέχειν ὑπήνην,
ἐμοὶ μέλει ῥόδοισι
καταστέφειν κάρηνα.
τὸ σήμερον μέλει μοι,
τὸ δ᾽ αὔριον τίς οἶδε.
τὸν ἄργυρον τορεύσας
Ἥφαιστε μοι ποίησον,
ποτήριον δὲ κοῖλον
ὅσον δύνῃ, βάθυνον.
ποίει δέ μοι κατ᾽ αὐτοῦ
μήδ᾽ ἄστρα, μήδ᾽ ἁμάξας,
μὴ στυγνὸν ὠρίωνα,
ἀλλ᾽ ἀμπέλους χλοώσας,
καὶ βότρυας γελῶντας
σὺν τῷ καλῷ Λυαίῳ.

MORVS.

Non eſt curæ mihi Gygis,
Qui rex Sardibus imperat.
Aurum non ego perſequor,
Reges non miſer æmulor.

Curæ eſt, barba ſuauibus
Vnguentis mihi perfluat.
Curæ eſt ut redolentibus
Cingam tempora floribus.
Curæ ſunt hodierna mi,
Nam quis craſtina nouerit?
Tornato bene Mulciber
Argento mihi poculum,
Iam nunc effice concauum,
Et quantum potes imbibum,
Et fac illud ut ambiant
Non currus, neq; ſydera,
Orion neq; flebilis:
Vites fac uirides mihi,
Botri fac mihi rideant
Pulchro cum Dionyſio.

Incerto Interprete.

Iambicum dimetrum acatalecticum.

Non cura magnificentum
Me principum laceſſit,
Nec æmulor tyrannos,
Nec me retentat aurum,
Sed hoc die curabo
Perfundier nitentes
Comas odoribusq;
Sertis roſeis corona
Ri tempora, craſtinum ſed
Quis nouerit probe, quin
Vulcane poculum fac
Amplum quidem & profundum

Quan



Quantum potes, nec intra
Currum nec aſtra quæq;,
Nec Oriona cude
Hunc terribilem, at uirentes
Vitesq; racemulos cum
Dulci mero, ridentes.

¶Anacreonticos uerſus ſic imitatus eſt LABERIVS.

Non mi cupio aurum, non diuites diuitias,
Non ſceptra curo minitantium principum.
Nil ad me triumphantes cum decoris faſcibus,
Nil inſtructæ acies armis præfulgentibus.
Mihi eſt uiuendum teneris in amoribus.
Mi ſunt deliciæ, & ſuaueolentia ſuauia,
Viuamus hodie, uiuamus dum licet,
Lætiq; carpamus quicquid id eſt boni.
Libet nunc crines liquidis perfundere odoribus,
Interq; iocos agere & lepidas Veneres.
Quin tu age Vulcane potens, Mulciber ignee,
Excude mi amplum, inſigne argenteum cymbium.
Inq; eo non mi aſtra, non bootem, non plejadas,
Non Martem ferreum, non cruenta prælia.
Qui cum ſyderibus, cum Marte, cum bellis mihi?
Sed intus cude Bromium uino madidum,
Vitesq; molleis, & frondentes palmites,
Racemosq;, & fluentes uirides hederas,
Amoremq; ſpirantem colores undiq;.

¶Huc pertinent & Vlyſſis uerba apud Homerum Odyſs. I.

O ου

Οὐ γὰρ ἔγω γέ τι φημὶ τέλος χαριέστερον εἶναι,
Ἢ ὅταν εὐφροσύνη μὲν ἔχῃ κατὰ δῆμον ἅπαντα,
Δαιτυμόνες δ' ἀνὰ δώματ' ἀκουάζωνται ἀοιδοῦ
Ἥμενοι ἑξείης, παρὰ δὲ πλήθωσι τράπεζαι.
Σίτου καὶ κρειῶν, μέθυ δ' ἐκ κρητῆρος ἀφύσσων
Οἰνοχόος φορέῃσι, καὶ ἐγχείῃ δεπάεσσιν.
Τοῦτό τέ μοι κάλλιστον ἐνὶ φρεσὶν εἴδεται εἶναι.

Ea ſic uertit

GEORG. ANONYMVS.

Illa quidem longe eſt finis gratiſſima rerum,
Perpetuo uacuam curis traducere uitam.
Vt ſi cum populi conuiuia læta frequentent,
Auſcultent Cytharæ luſus, iuuenesq; canentes,
Stentq; cibis iuxta menſæ dapibusq; repletæ,
Inſuper adferrens pleno & cratere miniſter,
Infundat pateris dulciſſima munera Bacchi.
Hoc mihi nil quicquam iucundius eſſe uidetur.

¶ Anacreontico affinis eſt Monodia
illa de choro Sybaritico

PETRI CRINITI.

Hæc uirtus Sybaritica
Per molles choreas uago
Saltatu, & tremulis modis
Exercere iuuentam.
Gradiuus ualeat furens.
Non hic horrida tympana,
Non uultu Cicones truci, aut
Sæuis Biſtones armis.
Sed læti atq; hilares ioci,

Et



Et molles Veneres ſimul
Inter delitias fluant
Grato non ſine luxu.
Sic poſcit Veneris calor,
Dum noſter genius uiget,
Et blandas Charites refert:
Dulces iungite amores.
Carpamus celerem diem,
Dum uitæ breuitas monet
Et cantus teneri uocant:
Nil ſub ſole perennat.
Hic multum ſapiet ſibi
Qui magnos calices rapit
Vndantes ueteri mero,
Et ſe proluit auro.
Iam nunc ô comites boni
Inter grandia pocula
Certemus Venerem ſequi &
Dulces promere fructus.

¶ Huc alluſiſſe uidetur

QVINTIANVS.

Veneres, ioci, lepôres,
Varioq; menſa cantu,
Variæq; cantiones,
Volucrum, chori q; amorum
Maneant domo beata.
Hodie cibo fruamur,
Dubia eſt dies futura.
Veniet necis libido,
Rapiet cibum merumq;

O 2 Ho

Hodie cibo fruamur.

Παλλαδᾶ.

Δὸς πιέειν, ἵνα Βάκχος ἀποσκεδάσῃ μερίμνας
 ἐγγυμένας καθαραῖς ἐν ὑάλοις φιάλαις,

GERAR. BVCOLD.

Da potum,ut curas animo diſpellat Iacchus
 Multiplices,puro(quæ nocuere)mero.

Μακεδονίου.

Ἤθελον οὐ χρυσόν τε, καὶ ἄστεα μυρία γαίης,
 οὐδ᾽ ὅσα τὰς θήβας, εἶπεν ὅμηρος, ἔχειν.
ἀλλ᾽ ἵνα μοι προχόεσσα κύλιξ βλύσειε Λυαίῳ.
 χείλεος ἀενάῳ νάματι λουομένου.
καὶ γεραρῶν συνέπινε φίλων χορός. οἱ δὲ περιττοὶ
 ἀνέρες ἐργατίναι, κάμνον ἐφ᾽ ἡμερίσιν.
οὗτος ἐμοὶ πολὺς ὄλβος ἀεὶ φίλος. οὐδ᾽ ἀλεγίζω
 τῶν χρυσέων ὑπάτων, τὴν φιάλην κατέχων.

GERAR. BVCOLD.

Non aurum optaui,non oppida plurima terræ,
 Non quas Thebarum dixit Homerus opes,
Sed mihi ut orbiculata Lyæo pocula ſpument,
 Vdaq; perpetuo labra liquore fluant.
Turba ſenum ueneranda bibant ſua uina ſedendo,
 Dum uineta colant ruſtica turba ſua.
andudum hæc mihi uiſa eſt uita potiſſima,reges
 Non moror auratos,pocula plena tenens.

Τοῦ αὐτοῦ.

Χθιζὸς ἐμοὶ νοσέοντι παρίστατο δήϊος ἀνὴρ
 ἰητρός, δεπάων νέκταρ ἀπειπάμενος.

εἶπε



εἶπε δ᾽ ὕδωρ πίνειν ἀνεμώλιος. οὐδ᾽ ἐδιδάχθη
 ὅττι μένος μερόπων οἶνον ὅμηρος ἔφη.

C. VRS. VELIVS.

Viſit heri inclemens ægrum,uetuitq; Lyæi
 Sumere nectareum uir medicus laticem.
Vanus ad hæc lymphis,ait utere,neſcius hic,quòd
 Vina hominum inſtaurant robur,Homerus ait.

IO. SLEIDANVS.

Aſtitit ægroto medicus mihi nuper iniquus,
 Me uitare meri pocula plena uolens.
Scilicet edoctus necdum fuit illud Homeri,
 Qui ſcribit Baccho robur ineſſe ſuum.

¶Ab hoc alienum non eſt de Marullo hoc MORI.

Admonuit medicus lippum Theodore Marullum
 Ne uinum(cæcus ni uelit eſſe)bibat.
Pareat ut medico(quanquam ægre)abſtemius eſſe
 Ecce duos totos ſuſtinet uſq; dies.
Poſt ſitit aſſueti reuocatus imagine uini,
 Iamq; foras medico uera minante ruit.
Ventum erat ad uinum,quum ſic ſua lumina mœſtus
 Affatur,poſito iam peritura mero.
Huc iter,huc uos me fidi duxiſtis ocelli,
 Nunc bibite,& dulces ambo ualete duces.
Guſtus odor'que manent,miratur abire colorem,
 In nigras ſubeunt lumina dum tenebras.
Hoc tamen aduerſum lenit ſolamine caſum,
 Dote meri minima quod cariturus erat.

Ἀδήλου.

Ὠκύμορόν με λέγουσι δαήμονες ἀνέρες ἄστρων·
εἰμὶ μέν, ἀλλ᾽ οὔ μοι τοῦτο Σέλευκε μέλει.
εἰς ἀΐδην πάντεσσι καταίβασις. εἰ δὲ τάχιον
ἡμετέρη, Μίνῳ θᾶσσον ἐποψόμεθα.
πίνωμεν. καὶ γὰρ δὴ ἐτήτυμον εἰς ὁδὸν ἵππος
οἶνος, ἐπεὶ πεζοῖς ἀτραπὸς εἰς ἀΐδην.

IOAN. SLEIDANVS.

Me breuis eſſe ferunt uitæ, qui ſydera norunt.
Sed curæ non ſunt iſta Seleuce mihi.
Fata manent omneis certò. Minoia regna
Aſpiciam primus lumine caſſus ego.
Quo dum non liceat pedibus pertingere, Vina
Nunc potemus, Equi Bacchus eritq́; loco.

Ἄδηλον.

Πέντε θανὼν κείσῃ κατέχων πόδας. οὐδὲ τὰ τερπνὰ
ζωῆς, οὐδ᾽ αὐγὰς ὄψεαι ἠελίου.
ὥστε λαβὼν Βάκχου ζωρὸν δέπας, ἕλκε γεγηθὼς
Κίγκιε, καλλίστην ἀγκὰς ἔχων ἄλοχον.
εἰ δέ σοι ἀθάνατος σοφίης νόος, ἴσθι Κλεάνθης,
καὶ Ζήνων, ἀΐδην τὸν βαθὺν ὡς ἔμολον.

C. VRS. VELIVS.

Quinq́; pedes ſpatium poſt fata cadauer habebis
Lucis inops, uitæ delicijsq́; carens.
Sume igitur Bacchi mera pocula lætus, & inter
Formoſæ uxoris brachia Quinte bibas.
Si tamen æternæ eſt ſophiæ mens gnara, Cleanthē &
Zenona ad ſtygium noueris iſſe forum.

Ἄδηλον.





Ἡ πτωχῶν χαρίεσσα πανοπλίη ἀρτολάγυνος
αὕτη, καὶ δροσερῶν ἐκ πετάλων στέφανος.
καὶ τοῦτο φθιμένοιο προάστιον ἱερὸν ὀστεῦν,
ἐγκεφάλου ψυχῆς φρούριον ἀκρότατον.
Πῖνε λέγει τὸ γλύμμα, καὶ ἔσθιε καὶ περίκεισο
ἄνθεα. τοιοῦτοι γιγνόμεθ᾽ ἐξαπίνης.

IDEM.

Pauperis hæc grata eſt, cum pane, lagœna ſupellex
Et quæ roranti fronde corona madet.
Hæc quoq; ſumma animæ ſedes, tutela cerebri
Extima defuncti calua retecta uiri.
Hæc nos ſculpta monent cœna, bibe, ſume corollas,
Tales ſupremo ſimus ab interitu.

Δός μοι τοὐκ γαίης πεπονημένον ἀρτὶ κύπελλον,
ἇς γενόμην καὶ ὑφ᾽ ἇς κείσομ᾽ ἀποφθίμενος.

MORVS.

E terra genitus, ſub terram morte recondar,
Ergo lagœna mihi terrea plena ueni.

C. VRS. VELIVS.

Fictile uas terra factum mihi dulce miniſtra
Qua genitus, rurſum poſt mea fata tegar.

IOAN. SLEIDANVS.

Pocula da uini, Tellus quod protulit alma
Quæ genuit, quæ me condet amica ſinu.

Ἄδηλον.

Βάκχου μέτρον ἄριστον, ὃ μὴ πολύ, μηδ᾽ ἐλάχιστον.
ἔστι γὰρ ἢ λύπης αἴτιος, ἢ μανίης.

χαίρει κιρνάμενος τρισὶ νύμφαις τέτρατος αὐτός.
τῆμος καὶ θαλάμοις ἐστὶν ἑτοιμότατος.
εἰ δὲ πολὺς πνεύσειεν, ἀπέστραπται μὲν ἔρωτας.
βαπτίζεται δ' ὕπνῳ γείτονι τοῦ θανάτου.

C. VRS. VELIVS.

Sumere nec nimium, Bacchi ualet optimus uſus
Nec minimum: hinc mœror, prouenit inde furor.
Quartus & ipſe tribus nymphis miſcerier optat,
Tunc quoq; ſic lecto conuenit ille magis.
Sin nimius ſpiret, placidos auertit amores,
Mergit & hunc leto proximus ipſe ſopor.

ΕΙΣ ΤΟΛΜΗΡΟΥΣ.

Παλλαδᾶ.

Μηδεὶς ζητήσει μερόπων ποτὲ καὶ θεὸς εἶναι,
μηδ' ἀρχῆς μεγάλης κόμπον ὑπερφίαλον.
Ἰκάριος αὐτὸς ἔδειξε. κατηνέχθη γὰρ ἐπαρθείς,
θνητῆς εὐτυχίης μηδὲν ἀνασχόμενος.
ὦ γένος ἀνθρώπων ἀνεμώλιον, αὐτοχόλωτον,
μέχρι τέλους βιότου μηδὲν ἐπιστάμενον.

IOAN. SOTER.

Non ſibi diuinos mortalis quiſpiam honores
Arroget, aut magni faſtum amet imperij.
Sortis & impatiens humanæ Geſſius olim,
Exemplum exhibeat alta ruina tibi.
O genus humanum, uanum, tumidum atq; ſuperbũ,
Non niſi poſt fatum quod ſua fata ſapit.

IOAN. SLEIDANVS.

Quilibet humana contentus uiuere ſorte,

Nec



Nec deus, aut titulis auctior eſſe uelit.
Geſſius hoc docuit, Quem ſors deiecit in imum
Oblata ignarum conditione frui.
O genus humanum nihil eſt te uanius uno.
Nec niſi morte ſapis, quæ properata uenit.

ΕΙΣ ΦΕΙΔΩΛΟΥΣ.

Ἄδηλον.

Πλουτεῖν φασί σε πάντες, ἐγὼ δέ σε φημὶ πένεσθαι,
χρῆσις γὰρ πλούτου, μάρτυς Ἀπολλόφανες.
ἂν μετέχῃς αὐτῶν σύ, σὰ γίγνεται. ἂν δὲ φυλάττῃς,
κληρονόμοις, ἀπὸ νῦν γίγνεται ἀλλότρια.

MORVS.

Te ditem appellant omnes, ego plane inopem te,
Nam facit uſus opes, teſtis Apollophanes.
Si tu utare tuis, tua fiunt, ſin tua ſerues
Hæredi, tu iam nunc aliena facis,

Ἀντιφάνους.

Ψηφίζεις κακόδαιμον. ὁ δὲ χρόνος ὡς τόκον, οὕτω
καὶ πολιὸν τίκτει γῆρας ἐπερχόμενον.
οὔτε πιὼν, οὔτ' ἄνθος ἐπὶ κροτάφοις ἀναδήσας,
οὐ μύρον, οὐ γλαφυρὸν γνοὺς τι μελισμάτιον.
τεθνήξῃ, πλουτοῦσαν ἀφεὶς μεγάλην διαθήκην,
ἐκ πολλῶν ὀβολῶν μοῦνον ἐνεγκάμενος.

IOAN. SLEIDANVS.

Tempore creſcit uſura, Dies quoq; tempore creſcũt,
Qui te conficient mox (mihi crede) ſenem.
I nunc, & Bacchum ſpernas, nec tempora ſertis
Cingito, & unguentum neglige parca manus.

Quas modo cernis opes unà cum luce relinques,
Vixq; obolus de tot milibus unus erit.

Νικάνδρου.

Δακρύει Φείδων ὁ φιλάργυρος, οὐχ ὅτι θνήσκει,
ἀλλ' ὅτι πέντε μνῶν τὴν σορὸν ἐπρίατο.
ταῦτ' αὐτῷ χαρίσασθε. καὶ ὡς τόπος ἐστὶν ἐν αὐτῇ,
τῶν πολλῶν τεκνίων ἕν τι προσεμβάλετε.

MORVS.

Chryſalus heu moritur diues, dolet, ingemit, unquā
Nemo magis triſti pectore fata tulit.
Non quoniam ipſe perit, cui nil ſe uilius ipſo eſt.
Sed nummi pereunt quatuor in tumulum.

Παλλαδᾶ.

Πλοῦτον μὲν πλουτοῦντος ἔχεις, ψυχὴν δὲ πένητος,
ὦ τοῖς κληρονόμοις πλούσιε, σοὶ δὲ πένης.

LILIVS.

Diuitias locupletis habes, animam ſed egeni.
Hæredi ò diues, ſed tibi ſolus agens.

MORVS.

Diuitias locupletis habes, inopis tibi mens eſt,
O miſer hæredi diues, inopsq; tibi.

Ἀμμιανοῦ.

Ὡς κῆπον τεθυκώς, δεῖπνον παρέθηκεν Ἀπελλῆς,
οἰόμενος βόσκειν ἀντὶ φίλων πρόβατα.
ἦν ῥαφανίς. σέρις ἦν. τῆλυς. θρίδακες πράσα. βολβοί.
ὤκυμον. ἡδύοσμον. πήγανον. ἀσπάραγος.
δείσας δ' ἐκ τούτων μὴ καὶ χόρτον παραθῇ μοι,
δειπνήσας θέρμους ἡμιβρεχεῖς ἔφυγον,





LVSCINIVS.

Cœnam; quid cœnā: uere hortum præbet Apelles,
Dumq; cupit ſocios paſcere, paſcit oues.
Aegoceras, porri, raphanus, menta, intyba, bulbi,
Aſparagus, lactuca, ocyma, ruta, aderant.
Hinc ueritus gramen parcus ne apponeret hoſpes,
Liqui te male mox uncte lupine fuga.

¶Similis argumenti eſt hoc

MARTIALIS.

Atreus Cæcilius cucurbitarum
Sic illas quaſi filios Thyeſtæ
In partes lacerat, ſecatq; mille.
Guſtu protinus has edes in ipſo,
Has prima feret, altera'ue cœna,
Has cœna tibi tertia reponet:
Hinc ſeras epidipnidas parabit,
Hinc piſtor fatuas facit placentas,
Hinc & multiplices ſtruit tabellas,
Et notas cariotidas theatris,
Hinc exit uarium coco minutal
Vt lentem poſitam, fabamq; credas,
Boletos imitatur, & botellos,
Et caudam cybij, breuesq; mænas
Hinc cellarius experitur artes,
Vt condat uario uafer ſapore,
In rutæ folium capelliana.
Sic implet gabatas, paropſidasq;
Et leues ſcutulas cauasq; lances,
Hoc lautum uocat, hoc putat uenuſtū.
Vnum ponere ferculis tot aſſem.

Λουκιλλίου.

γεννηθὲν τὸ τέκνον, κατεπόντισεν Αὖλος ὁ κνιπὸς
ψηφίζων αὐτοῦ σωζομένου δαπάνας.

IO. IORDANVS.

Natam Aulus pelago prolem demerſit auarus
Dum reputat quanti uiueret illa diu.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ποιήσας δαπάνην ἐν ὕπνοις ὁ φιλάργυρος Ἑρμων,
ἐκ περιωδυνίας αὐτὸν ἀπηγχόνισεν.

LVSCINIVS.

Apparat in ſomnis cœnam cum ſordidus Hermon,
Mox dolor, hinc laqueus abſtulit orbe uirum.

Εἰς εἰκόνα Ἀναστασίου βασιλέως
ἐν τῷ εὐρίπῳ.

Εἰκόνα σοι βασιλεῦ κοσμοφθόρε τήνδε σιδήρου
ἄνθεσαν, ὡς χαλκοῦ πολλὸν ἀτιμοτέρην.
ἀντὶ φόνου, πενίης τ' ὀλοῆς, λιμοῦ τε, καὶ ὀργῆς,
οἷς πάντας φθείρεις ἐκ φιλοχρημοσύνης.

MORVS.

Effigiem ſtatuere tibi rex perditor orbis
Ex ferro, ut longe uilius ære foret,
Hoc fecere fames, cædes, furor æris, egeſtas,
Hæc tua, queis omnes perdis auaritia.

Λουκιλλίου.

Μῦν Ἀσκληπιάδης ὁ φιλάργυρος εἶδεν ἐν οἴκῳ,
καὶ τί ποιεῖς φησιν φίλτατε μῦ παρ' ἐμοί;
ἡδὺ δ' ὁ μῦς γελάσας, μηδὲν φίλε φησὶ φοβηθῇς,
οὐχὶ τροφῆς παρὰ σοὶ χρῄζομεν, ἀλλὰ μονῆς.

MO



MORVS.

Murem Aſclepiades ut apud ſe uidit auarus,
Mus quid in æde facis, dixit, amice mea?
Mus blande arridens, tolle, inquit, amice timorem,
Hic ego non uictum quæro, ſed hoſpitium.

G. LILIVS.

Murem Aſclepiades in tecto uidit auarus,
Et quid apud me ò mus, inquit, amice facis?
Mus ridens, inquit, nihil ò uerearis amice,
Non abs te uictum, ſed mihi quæro domum.

LVSCINIVS.

Murem Aſclepiades cum uidit, dixit auarus,
Chare domi noſtræ mus quid amice facis?
Ridens dulce, timor mus abſit ait rogo, tecum
Veni quo hic habitem ſordide, non ut edam.

ΕΙΣ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥΣ.

Ἀμμιανοῦ.

Οἴει τὸν πώγωνα φρενῶν ποιητικὸν εἶναι,
καὶ διὰ τοῦτο τρέφεις φίλτατε μυοσόβην;
Κεῖρον ἐμοὶ πεισθεὶς ταχέως, οὗτος γὰρ ὁ πώγων,
φθειρῶν ποιητής, οὐχὶ φρενῶν γέγονεν.

IOAN. SLEIDANVS.

Credis, quòd barba prudentia creſcat, eoq;
Quali uel muſcas pellere poſſis, habes.
Rade, mihi credens, ſyluam, quæ nutriet uſq;
Vermiculos, Mentem nam dare nulla poteſt.

Εἰς Θεμίστιον τὸν φιλόσοφον, γενόμενον ὕπαρχον Κωνσταντινουπόλεως, ἐπὶ Οὐαλεντινιανοῦ, καὶ Οὐάλεντος.

Παλ

Παλλαδᾶ.

Ἄντυγος οὐρανίης ὑπερήμενος, ἐς πόθον ἦλθες
 ἄντυγος ἀργυρέης, αἶσχος ἀπειρέσιον.
ἦσθα κάτω κρείσσων. ἀναβὰς δ' ἐγένου μέγα χείρων.
 δεῦρ' ἀνάβηθι κάτω. νῦν γὰρ ἄνω κατέβης.

BEATVS RHENANVS.

Cœleſtem ſuper axem lato argenteus axis
 Perplacet, eſt hæc res uſq; pudenda quidem.
Inferius melior fueras, ſcandens modo peior,
 Infera quin ſcandis deſiliens ſuperis.

Τοῦ αὐτοῦ.

Εἰ τὸ τρέφειν πώγωνα δοκεῖ σοφίαν περιποιεῖν,
 καὶ τράγος εὐπώγων, εὔστολός ἐστι Πλάτων.

MORVS.

Si promiſſa facit ſapientem barba, quid obſtat
 Barbatus poſſit quin caper eſſe Plato?

Τοῦ αὐτοῦ.

Εἰ μοναχοί, τί τοσοί δε; τοσοί δε τε, πῶς πάλι μοῦνοι;
 ὦ πληθὺς μοναχῶν, ψευσαμένη μονάδα.

BERGIVS.

Si monachi, cur tanta cohors, cur tot ſimul eſtis?
 Quid mentimini eo nomine uos monadem?

¶Soter fuſius iambico dimetro.

Quid ueſtro inani nomine
O monachi eſtis tumidi?
Cum non genus mortalium
Sit urbibus frequentius
Aliud, & obuium magis?
Falſo ergo ſolitudinem,
Cum tanta turba obſtrepera,
Mentiti inepti ac monada
O ueſtro inani nomine.



Τοῦ αὐτοῦ.

Τοῦ πωγωνοφόρου κυνικοῦ τοῦ βακτροπροσαίτου,
 εἴδομεν ἐν δείπνῳ τὴν μεγάλην σοφίην.
θέρμων μὲν γὰρ πρῶτον ἀπέσχετο, καὶ ῥαφανίδων,
 μὴ δεῖν δουλεύειν γαστρὶ λέγων ἀρετήν.
εὖτε δ' ἐν ὀφθαλμοῖσιν ἴδεν χιονώδεα βολβὸν
 στρυφνήν, πινυτὸν ἤδη ἔκλεπτε νόον.
ᾔτησεν παρὰ προσδοκίαν, καὶ ἔτρωγεν ἀληθῶς,
 οὐδὲν ἔφη βολβὸν τὴν ἀρετὴν ἀδικεῖν.

MORVS.

Barbati Cynici, Baculoq; uagantis egeni
 In cœna magnam conſpicimus ſophiam.
Scilicet hic raphanis Cynicus primum atq; lupinis,
 Ne uirtus uentri ſeruiat, abſtinuit.
At niueum poſtquam bulbum conſpexit ocellis,
 Iam rigidum & ſapiens excutit ingenium.
Flagitat atq; auide ſpem præter deuorat omnem,
 Virtuti bulbus, nil ait officiet.

ΕΙΣ ΧΩΛΟΥΣ.

Παλλαδᾶ.

Χωλὸν ἔχεις τὸν νοῦν, ὡς τὸν πόδα. καὶ γὰρ ἀληθῶς
 εἰκόνα τῶν ἐντὸς σὴ φύσις ἐκτὸς ἔχει.

MORVS.

Clauda tibi mens eſt, ut pes, natura notasq;

Exte

Exterior certas interioris habet.

G. LILIVS.

Tardus es ingenio, ut pedibus, natura etenim dat
Exterius ſpecimen, quod latet interius.

IO. SLEIDANVS.

Vt pes, ſic animus tibi claudicat, indicioq́;
Pes fuerit, quali prædiτus es animo.

Τοῦ αὐτοῦ.

υἱὸν ἔχεις τὸν Ἔρωτα, γυναῖκα δὲ τὴν Ἀφροδίτην.
οὐκ ἀδίκως χαλκεῦ, τὸν πόδα χωλὸν ἔχεις.

MARVLLVS.

Et Venus eſt uxor, & tu claudusq́; faberq́;.
Si dederis Martem, Mulciber es Baraba.

Ἄδηλον.

Λυσιμελοῦς Βάκχου, καὶ λυσιμελοῦς Ἀφροδίτης,
γεννᾶται θυγάτηρ λυσιμελὴς ποδάγρα.

IOAN. SOTER.

Membra humana Venus, nimiusq́; ut ſoluit Iacchus,
Soluere ſic artus nata podagra ſoles.

FINIS EORVM QVAE
EX SECVNDO.



ΤΑ ΤΟΥ ΤΡΙΤΟΥ ΤΜΗΜΑ
τοῦ κεφάλαια, ex quibus hæc
quæ ſequuntur, deſum-
pſimus.

ΕΙΣ

Ἀγαθοὺς ἄνδρας 226
Ἀγωνιστάς 227
Ἀδελφούς 228
Ἀνδρείους
Ἄνδρας οὐκ ἐπισήμους 236
Ἀρχαίους τινάς 242
Αὐλητάς 246
Βρέφη.
Γέροντας 247
Γυναῖκας.
Δούλους 250
Ἥρωας
Ἰατρούς 254
Μεθύσους 255
Ναυαγήσαντας.
Ποιητάς 257
Φιλοσόφους 261

## ΕΙΣ ΑΓΑΘΟΥΣ ΑΝΔΡΑΣ.

### Εἰς Πλάτωνα.

Σωφροσύνῃ προφέρων θνητῶν, ἤθει τε δικαίῳ,
Z ἐνθάδε κεῖται ἀνὴρ θεῖος Ἀριστοκλέης.
εἰ δέ τις ἐκ πάντων σοφίης μέγαν ἔσχεν ἔπαινον,
οὗτος ἔχει πλεῖν, καὶ φθόνον οὐ φέρεται.

### GVA. VERONEN.

Ante alios caſtus, iuſti quoq; amoris amator
Diuus Ariſtoclees occubat hoc tumulo.
Si cui de cunctis magnæ eſt ſapientia laudi,
Maiorem hic habuit, nec comes inuidia eſt.

### LAER. INTERP.

Mortales cunctos excedens moribus æquis,
Diuus Ariſtoclees hoc iacet in tumulo.
Si Sophiæ quiſquam præconia magna ſecutus,
Hic ſibi multa tulit liuor & omnis abeſt.

### BENTINVS.

Iuſtitia cunctis præſtans, uitaq; modeſta,
Hoc ſitus in tumulo diuus Ariſtoclees,
Si quenquam ad magnos ſapientia uexit honores,
Hunc citra inuidiam uexit & ipſa uirum.

### IOAN. SLEIDANVS.

Hic iacet ille Plato uitæ moderamine clarus,
Diuorum numero dignus & ille Plato.
Si quis ab ingenio laudem tulit, unicus omnem
Occupat, & liuor carpere nulla poteſt.

### Ἀδέσποτον.

Μὴ σύ γε θνητὸς ἐὼν, ὡς ἀθάνατός τι λογίζου,
οὐδὲν γὰρ βιότου πιστὸν ἐφημερίοις.





εἰ καὶ τόνδε Κάσανδρον ἔχει σορὸς ἤδε θανόντα,
ἄνθρωπον φύσεως ἄξιον ἀθανάτου.

### LODO. IAVSSERANDVS.

Cum ſis mortalis, fatoq; obnoxius uſq;,
Nil reputes tanquam non moriturus agas.
Nulla etenim fragilis certa eſt fiducia uitæ,
Sed quocunq; petas mors datur una comes.
Mortuus eſt igitur Caſſander, humiq; ſepultus,
Natura indignus uir tamen ille mori.

### Εἰς τὸν αὐτόν.

Τίς λίθος οὐκ ἐδάκρυσε, σέθεν φθιμένοιο Κασάνδρε;
Τίς πέτρος, ὃς τῆς σῆς λήσεται ἀγλαΐης;
Ἀλλά σε νηλεὴς, καὶ βάσκανος ὤλεσε δαίμων.
ἡλικίην ὀλίγην εἰκοσιὲξ ἐτέων.
Ὃς χήρην ἄλοχον θῆκεν, μογεροὺς τε τοκῆας
γηραλέους συγερῷ πένθει τειρομένους.

### LODO. IAVSSERANDVS.

Qui non te abſumpto lapides fleuere Caſandere
Splendoremq; tuum quæ petra non memoret?
Inuidus at ſæue dæmon te perdidit, ætas
Dum uigena tibi ſexta, breuiſq; foret.
Fecit & uxorem uiduam, triſteisq; parentes
Iam ſenio adfectos, atq; dolore graui.

## ΕΙΣ ΑΓΩΝΙΣΤΑΣ.

### Σιμωνίδου.

Εἶπον τίς, τίνος ἐσσί, τίνος πατρίδος, τί δὲ νικῇς;
Κάσμυλος, Εὐαγόρου, πύθια, πὺξ, ῥόδιος.

IOAN. SOTER.

Dic quis,quo genitus,cuiâs tu,uiceris aut quid?
Caſmylus,Euagora,Rhodius ſum,pythia,cæſtu.

ALITER.

Caſmylus hic iaceo quondam qui Pythia cæſtu
Vici,me genuitq́; Euagoras Rhodius.

ΕΙΣ ΑΔΕΛΦΟΥΣ.

Ἀγαθίου.

Δὶς δύ' ἀδελφεὸς ἐπέχει τάφος. ἓν γὰρ ἐπέσχον
ἦμαρ καὶ γενεῆς οἱ δύο, καὶ θανάτου.

LILIVS.

Quatuor hic tumulus fratres habet,una duobus
Lux & natalis,mortis & una fuit.

MORVS.

Quatuor hic tumulus fratres complectitur,ex his
Lux ſimul una duos & parit,& perimit.

IDEM.

Quatuor hic tumulus fratres complectitur,ex his
Proh dolor una duos lux parit, ac perimit.

ΕΙΣ ΑΝΔΡΕΙΟΥΣ.

Ἀνακρέοντος.

Καρτερὸς ἐν πολέμοις Τιμόκριτος, οὗ τόδε σᾶμα.
Ἄρης δ' οὐκ ἀγαθῶν φείδεται, ἀλλὰ κακῶν.

MORVS.

Fortis erat bello Timocritus,hic iacet ergo.
Fortibus haud parcit Mars ferè,ſed timidis.

IO. SLEIDANVS.

Conditur hoc ſaxo ualidus Timocritus armis.
Parcitur ignauis Marte uolente uiris.





Ἀντιπάτρου.

Ὄρνι Διὸς Κρονίδαο διάκτορε, τεῦ χάριν ἕστας
γοργὸς ὑπὲρ μεγάλου τύμβον Ἀριστομένους;
ἀγγέλλω μερόπεσσιν, ὅθ' οὕνεκεν ὅσον ἄριστος
οἰωνῶν γενόμαν, τόσον ὅδ' ἡμιθέων.
Δειλαί τοι δειλοῖσιν ἐφεδρήσσουσι πέλειαι.
ἄμμες δ', ἀτρέστοις ἀνδράσι τερπόμεθα.

C. VRS. VELIVS.

Nuntia fare Iouis,præpesq́; uolatibus ales,
Cur magni ad tumulum ſidis Ariſtomenis?
Hæc homines moneo,uolucrū quantū optima uiuo
Tantum hic heroas optimus inter erat.
Stiparint pauidæ timidorum buſta columbæ,
Aſt ego delector fortibus uſq; uiris.

Εἰς Ἐπίκουρον καὶ
Θεμιστοκλέα,
Μενάνδρου.

Χαῖρε Νεοκλείδα, δίδυμον γένος. ὧν ὁ μὲν ὑμῶν
πατρίδα δουλοσύνας ῥύσαθ', ὁ δ' ἀφροσύνας.

MORVS.

Iſta Neoclidæ gnatos habet urna gemellos,
Seruitio hic patriam liberat,hic uitio.

Διοσκουρίδου.

Τᾷ Πιτάνᾳ Θρασύβουλος ἐπ' ἀσπίδος ἤλυθεν ἄπνους
ἑπτὰ πρὸς Ἀργείων τραύματα δεξάμενος,
δεικνὺς πρόσθια πάντα. τὸν αἱματόεντα δ' ὁ πρέσβυς
παῖδ' ἐπὶ πυρκαϊῆς Τύννιχος εἶπε τιθείς.
Δειλοὶ κλαιέσθωσαν, ἐγὼ δὲ σε τέκνον, ἄδακρυς

θάψω, τὸν καὶ ἐμὸν, καὶ Λακεδαιμόνιον.

AVSONIVS.

Excipis aduerſo quòd pectore uulnera ſeptem,
Arma ſuperueheris quòd Thraſybule tua,
Non dolor hic patris, Pitanæ ſed gloria maior,
Rarum tam pulchro funere poſſe frui.
Quem poſtquam mœſto ſocij poſuere feretro,
Talia magnanimus edidit orſa pater:
Flere alios, natus lachrymis non indiget ullis,
Et meus, & talis, & Lacedæmonius.

FRAN. PHILEL.

Exanimis Pitanen clypeo Thraſybulus in acri
Confoſſus ſeptem uulneribus redijt.
Paſſus ab Argiuis, quæ tergo nulla gerebat.
Tynnichus hunc igni cum daret, hæc loquitur:
Flere decet timidos, oculis te nate ſepulchro
Condo meum ſiccis ac Lacedæmonium.

CRINITVS.

Traiectus haſta pectus infenſa Lacon
Cruentus in bellum ruit
Ac dum inter arma & hoſtium fertur neces
Tandem peremptus concidit.
Hunc poſtquam amici collocant mœſti rogo,
Augentq; funus lachrymis,
Miratus hanc inertiam parens (ait)
Abite non prorſus uiri,
Abite procul, ò patriæ quondam genus,
Olim Lacones uiximus.
Quid uos inertes impios luctus datis?
Hic natus eſt meus & Lacon.





¶Huc pertinet quod à Plutarcho refertur.

FRAN. PHILEL.

Quod Lacedæmonius fueris tibi nate ſepulchrum
Læta paro, timidos cætera turba gemat.

¶Huic non abſimile de fortitudine
Byzantiæ.

MARVLLI.

Senſerat exanimum mater Byzantia natum,
Forte facit patrijs dum ſua ſacra deis.
Vniusq; dolor totam concuſſerat urbem,
Atq; erat in luctu uir, mulierq; nouo.
Illa immota diu, poſtquam ſtata ſacra peregit,
Reſpicit aduerſo pectore uulnus hians.
Impoſitumq; ſuis iuuenem quæ geſſerat armis,
Et madida hoſtili tela manuſq; nece.
Mox nec ſciſſa comam mater, nec territa caſu,
Fœmina, fortuna celſior ipſa ſua,
Nate ait, egregium patriæ per ſæcula nomen,
Quàm non degeneri funere nate iaces.
Agnoſco quæ ſæpe mihi promittere ſuetus,
Oraq; adhuc hoſti pene tremenda tuo.
Nunc demum peperiſſe iuuat, dolor omnis abeſto.
Nunquam ego te nato non bene mater ero.

De Lacone alio.

CRINITVS.

Lacon relicta parmula
Cum ſe uideret ſaucium
Cedentibus paſſim ſuis
Cruentus in bellum redit,
Clypeoq; adepto nobili

Inclamat ad ſuos ſtatim
Adeſte, quo decurritis?
Non ſunt timenda uulnera,
Præſtat mori quàm cedere.

De matre Lacæna
AVSONIVS.

Mater Lacæna clypeo obarmans filium,
Cum hoc, inquit, aut in hoc redi.

POLITIANVS.

παιδὶ λάκαινα σάκος πολέμους ἰόντι διδοῦσα,
ταῖ ἔφη ἢ σὺν τῷδ δ᾽, ἢ ἐπὶ τῷδε νέος.

Εἰς τοὺς ἐν Θερμοπύλαις
θανόντας.

Μυριάσιν ποτὲ τῇδε τριηκοσίαις ἐμάχοντο
ἐκ πελοποννήσου χιλιάδες τέτορες.

LAVREN. VALLA.

Ter decies centum hic certarunt millibus olim
E Peloponneſo bis modo mille uiri.

Εἰς τοὺς αὐτούς.

Ὦ ξεῖν᾽ ἄγγειλον λακεδαιμονίοις, ὅτι τῇδε
κείμεθα, τοῖς κείνων ῥήμασι πειθόμενοι.

IDEM.

Nos Lacedæmonijs refer hic peregrine iacentes.
Exhibito illorum uocibus obſequio.

STRAB. INTERP.

Dic Lacedæmonijs hac hoſpes parte iacere,
Dum illorum rigidis iuſſibus obſequimur.

Εἰς τοὺς αὐτούς.

Ἀκμᾶς ἑστηκυῖαν ἐπὶ ξυροῦ ἑλλάδα πᾶσαν.

ταῖς



ταῖς ἡμῶν ψυχαῖς κείμεθα ῥυσάμενοι.

Εἰς τοὺς αὐτούς.

Εἰ τὸ καλῶς θνήσκειν ἀρετῆς μέρος ἐστὶ μέγιστον,
ἡμῖν ἐκ πάντων τοῦτ᾽ ἀπένειμε τύχη.
ἑλλάδι γὰρ σπεύδοντες ἐλευθερίην περιθεῖναι,
κείμεθ᾽ ἀγηράντῳ χρώμενοι εὐλογίῃ.

IOAN. SOTER.

Maxima ſi uirtus, quem fortiter occubuiſſe,
Fortuna hoc nobis ante alios tribuit.
Nam aſſerere afflictam properantes Hellada, cuncti
Aeterno utentes ſternimur elogio.

Ἀδέσποτον.

παῖδες ἀθηναίων, περσῶν στρατὸν ἐξολέσαντες,
ἤρκεσαν ἀγαλέην πατρίδι δουλοσύνην.

IOAN. IORDANVS.

Cecropidæ iuuenes Perſarum milite cæſo,
Seruitio patres eripuere graui.

Πλάτωνος.

Οἵδε ποτ᾽ αἰγαίοιο βαρύβρομον οἶδμα λιπόντες,
Ἐκβατάνων πεδίῳ κείμεθ᾽ ἐνὶ μεσάτῳ.
χαῖρε κλυτή ποτε πατρὶς ἐρέτρια, χαίρετ᾽ ἀθῆναι
γείτονες εὐβοίης, χαῖρε θάλασσα φίλη.

PHILOST. INTERP.

Qui quondam Aegæi ruimus ſalis ære profundum
Ecbatanum, hoc campo contegimur medio.
Patria clara olim uale Eretria, uos & Athenæ
Vicinæ Eubœes, Ponteq; amice uale.

Ἄδηλον.

P 5 Pla

Platoni tribuit Laertius.

Εὐβοίης γένος ἐσμὲν Ἐρετρικόν. ἄγχι δὲ Σούσων
κείμεθα. φεῦ, γαίης ὅσσον ἀφ' ἡμετέρης.

INTERP. LAER.

Eubœæ nunc gens, ſed eramus Eretria fuſi,
Condimur à noſtra nos regione procul.

MICHAEL BENTINVS.

Eubœæ fuimus Eretrum genus, ac prope Suſas
Condimur, heu noſtra tam procul à patria.

Τύμνεω.

Τὸν παρβάντα νόμους Δαμάτριον ἔκτανε μάτηρ
ἁ λακεδαιμονία, τὸν λακεδαιμόνιον.
θηκτὸν δ' ἐν προβολᾷ θεμένα ξίφος, εἶπεν, ὀδόντα
ὀξὺν ἐπιβρύχουσ' οἷα λάκαινα γυνά,
ἔῤῥε κακὸν σκυλάκευμα, κακὰ μερίς, ἔῤῥε ποθ' ἅδαν.
ἔῤῥε, τὸν οὐ σπάρτας ἄξιον ἐτρέφομες.

¶ Citatur à Plutarcho huius epigrammatis diſtichon in Apoph.

FRAN. PHILEL.

Hunc timidum mater Damatrion ipſa peremit
Nec dignum matre, nec Lacedæmonium.

ERASMVS.

Tranſgreſſum leges mater Damatria natum
Ipſa Lacæna necat non Lacedæmonium.

¶ Eſt huius argumenti & hoc paulo ſuperius poſitũ.

Ἐρυκίου.

Ἀνίκ' ἀπὸ πτολέμου τρέσαντά σε δέξατο μήτηρ
πάντα τὸν ὁπλίσταν κόσμον ὀλωλεκότα,





αὐτά τοι φονίαν Δαμάτριε αὐτίκα λόγχαν,
εἶπε διὰ πλατέων ὤσαμένα λαγόνων,
κάτθανε, μηδ' ἐχέτω σπάρτα ψόγον. οὐ γὰρ ἐκείνα
ἤμπλακεν, εἰ δειλοὺς τοὐμὸν ἔθρεψε γάλα.

IOAN. IORDANVS.

Quum bello exciperet profugum te mater omiſſis,
Quæ tuleras, armis omnibus antè fuga.
Hæc tum letali Damatrie protinus haſta
Dixit transfodiens uiſcera lata tibi.
Iam moriare, habeat ne Sparta hoc dedecus ingens,
Quæ ſolita eſt forteis ſemper habere uiros.
Nam nihil illa tuis uitijs peccauit: at ipſa,
Hubera degenerem quòd te aluere mea.

¶ Citatur & illud ab eodem in Apophthegmatis.

Ἔῤῥε κακὸν φύτευμα διὰ σκότος, οὗ διὰ μῖσος,
εὐρώτας δειλαῖς μηδ' ἐλάφοισι ῥέοι.
ἀχρεῖον σκυλάκευμα, κακὰ μερίς, ἔῤῥε ποθ' ἅδαν,
ἔῤῥε, τὸ μὴ σπάρτας ἄξιον, οὐδὲ τεκῶν.

FRAN. PHILEL.

Vade malum tenebras germen pete quenq; peroſus,
Eurotas ceruas ne fluat ad timidas.
Si catulus nequam perexeris, ito ſub umbras
Nec Sparta dignus, nec generis titulis.

ERASMVS.

Germen iners abeas ad tartara, teq; peroſus
Eurotas ceruis nec det aquam timidis.
Ignauus catulus, mala ſors, hinc uade ſub orcum,
I, Sparta indignus, quem nec ego peperi.

Ἄδηλον.

Ἠμαθίην ὃς πρῶτος ἐς ἄρεα βῆσα Φίλιππος,
  Αἰγαίην κεῖμαι βῶλον ἐφεσσάμενος.
ῥέξας οἷ' οὔπω βασιλεὺς τὸ πρίν. εἰ δέ τις αὐχεῖ
  μεῖζον ἐμεῦ, καὶ τοῦθ' αἵματος ἡμετέρου

C. VRS. VELIVS.

Primus ego Aemathiam bellis agitare Philippus
  Auſus, in Aegæa ſum tumulatus humo.
Rex mihi par factis nemo, ſi ſe tamen ullus
  Altius extulerit ſanguinis ille mei eſt.

## ΕΙΣ ΑΝΔΡΑΣ ΟΥΚ ΕΠΙΣΗΜΟΥΣ.

Ἄδηλον.

D. Laertius ſibi aſſerit.

Οὐ μὰ τὸν, οὐδὲ Λύκωνα παρήσομεν, ὅττι ποδαλγὴς
  κάτθανε. θαυμάζω τοῦτο μάλιστα δ' ἐγώ,
τὴν οὕτως αἴδαο μακρὴν ὁδόν, ἂν πρὶν ὁποσσὶν
  ἀλλοτρίοις βαδίσας, ἔδραμε νυκτὶ μιᾷ.

LAER. INTERP.

Prætereunda mihi non ſunt & fata Lyconis,
  Fecerat infirmum quem ualetudo pedis.
Nanq; pede alterius ſemper cum nixus adiret,
  Tam longam miror nocte uolaſſe uiam.

Ἄδηλον.

Θάψεν ὅ με κτείνας κρυπτὸν φόνον, εἰ δέ με τύμβῳ
  δωρεῖται, τοίης ἀντιτύχοι χάριτος.

IOAN. SLEIDANVS.

Abdidit hac tellure latro me fraude necatum.
  O utinam talem ſentiat ille necem.





Ἄδηλον.

Ζωὴν συλήσας, δωρῇ τάφον. ἀλλά με κρύπτεις,
  οὐ θάπτεις. τοίου κ' αὐτὸς ὄναιο τάφου.

IDEM.

Occultas modo, non ſepelis me lumine uitæ
  Exutum, Tibi nunc talia buſta precor.

Ἄδηλον.

Κἂν με κατακρύπτῃς ὡς οὐδενὸς ἀνδρὸς ὁρῶντος,
  ὄμμα δίκης καθορᾷ πάντα τὰ γιγνόμενα.

ALCIATVS.

Me ſepelis tanquam nemo conſpexerit: atqui
  Iuſtitiæ ipſe oculus omnia facta uidet.

IOAN. SLEIDANVS.

Me licet occultes ueluti ſine teſte peremptum,
  Hæc tamen uſq; uident uindicis ora dei.

Ἄδηλον.

Εἴ με νέκυν κατέθαπτες ἰδὼν οἰκτείρμονι θυμῷ,
  εἶχες ἂν ἐκ μακάρων μισθὸν ἐπ' εὐσεβίῃ.
νῦν δ' ὅτε δὴ τύμβῳ με κατακρύπτεις ὁ φονεύσας,
  τῶν αὐτῶν μετέχοις, ὧνπερ ἐμοὶ παρέχεις.

IOAN. IORDANVS.

Si tegeres miſerans hac me tellure peremptum,
  Præmia dijs ferres iuſta labore pio.
At tumulo occultas iam me, quòd fraude necaſti,
  Hæc tibi contingant, quæ mihi ſæue facis.

Ἀλεξάνδρου.

Ἄνθρωπ', οὐ κροίσου λεύσσεις τάφον, ἀλλὰ γὰρ ἀνδρὸς
  χερνήτεω. μικρὸς τύμβος, ἐμοὶ δ' ἱκανός.

IO. IORDANVS.

Non Crœſi monumenta uides, at pauperis olim
Buſta uiri, exigua eſt hæc mihi tumba ſatis.

Πλάτων.

Ἀστέρας εἰσαθρεῖς ἀστὴρ ἐμός. εἴθε γενοίμην
οὐρανός, ὡς πολλοῖς ὄμμασιν εἰς σὲ βλέπω.

GVA. VERONEN.

Ardentes ſtellas lucens mea ſtella tueris,
Cœlum utinam fierem, te ut multo lumine cernam.

LAER. INTERP.

O utinam cœlum fierem cum ſydera cernis
Stella mea, ut multo lumine te aſpicerem.

BENTINVS.

O utinam cœlum fierem cum ſydera cernis
Mi ſtella, ut multis in te oculis tuerer.

Τοῦ αὐτοῦ.

ἀστὴρ πρὶν μὲν ἔλαμπες ἐνὶ ζωοῖσιν ἑῷος.
νῦν δὲ θανὼν, λάμπεις ἕσπερος ἐν φθιμένοις.

AVSONIVS.

Stella prius ſuperis fulgebas lucifer, at nunc
Extinctus caſſis lumine ueſper erit.

GVA. VERONEN.

Stella prius fulgebas lucifer, at nunc
Heſperus ah fulges manibus occiduus.

BENTINVS.

Iamdudum uiuis lucebas lucifer, at nunc
Extinctus luces Heſperus Elyſijs.

LAER. INTERP.

Iamdudum ſydus lucebas uiuentibus matutinum

Nunc



Nunc Heſperus fulges uita functus mortuis.

IDEM.

Iamdudum uiuis fulgebas lucifer, at nunc
Defunctis luces Heſperus exanimis.

MARVLLVS.

Lucebas ſuperis mea Lucia lucida Phœbe,
At nunc Perſephone tertia regna tenes.

PLATONIS eſt & hoc,

Τὴν ψυχὴν Ἀγάθωνα φιλῶν ἐπὶ χείλεσιν ἔσχον.
ἦλθε γὰρ ἡ τλήμων ὡς διαβησομένη.

GELLIVS.

Suauia dans Agathoni animam ipſe in labra tenebā,
Aegra etenim properans tanquam abitura fuit.

¶ Amicus quidam Gellij non ἄμουσος, in plures uerſiculos licentius liberiusq; uertit.

Dum ſemhiulco ſuauio
Meum puellum ſuauior,
Dulcemq; florem ſpiritus
Duco ex aperto tramite,
Anima ægra & ſaucia
Cucurrit ad labias mihi.
Rictumq; oris peruium,
Et labra pueri mollia
Rimata itineri tranſitus
Vt tranſileret nititur.
Tum ſi moræ quid pluſculæ
Fuiſſet in coitu oſculi
Amoris igne percita
Tranſiſſet, & me linqueret,

Et

Et mira prorſum res foret
Vt ad me fierem mortuus,
Ad puerum intus uiuerem.

Huc alluſit

CRINITVS.

Cum te Neæra ſuauior,
Gratumq́; florem ſpiritus
E ſemiulcis ſuauijs
Per mutuas uices traho:
Tum mi labella preſſula
Tenello amore ſaucia,
Animam tenere geſtiunt,
Ne ſe relinquat protinus:
Tuiſq́; labris mollibus
Decepta dulci ſuauio
Senſim reperto tranſitu
Labatur in pectus tuum,
Et dicat eſſe gratius
Seruare tam bonos lares,
Tecumq́; ſemper uiuere,
Vbi alma Cypris incalet,
Blanduſq́; germinat lepor
Et grata luſitat charis.
Quod ſi Neæra aduenerit,
Vt igne amoris percita
Animula mea miſellula
Me linquat in cœtu oſculi,
Et me relicto tranſeat.
Remitte quàm primum potes,
Et redde mi uitam precor,





Vt ſeruiam ſemper tibi,
Fidemq́; firmam comprobem.

Videtur & huc alluſiſſe Marullus.

Suauiolum inuitæ rapio dum caſta Neæra,
Imprudens ueſtris liqui animam in labijs.
Exanimuſq́; diu, cum nec per ſe ipſa rediret,
Et mora lætalis quantulacunq; foret,
Miſi cor quæſitum animam, ſed cor quoq; blandis
Captum oculis nunquam deinde mihi redijt.
Quod niſi ſuauiolo, flammam quoq; caſta Neæra
Hauſiſſem, quæ me ſuſtinet exanimum.
Ille dies miſero mihi crede ſupremus amanti
Luxiſſet, rapui cum tibi ſuauiolum.

¶Cum hoc argumento ferè conueniunt
uerſus illi quos citat A. Gellius,

Q. CATVLLI.

Aufugit mi animus, credo (ut ſolet) ad Theotimum
Deuenit, ſic eſt, perfugium illud habet.
Quid, ſi non interdixem ne illuc fugitiuum
Mitteret ad ſe intro, ſed magis ejceret?
Ibimus quæſitum, uerum, ne ipſi teneamur
Formido. quid ago? da Venus conſilium.

¶Extat & de forma Roſcij elegantiſs. hoc

EIVSDEM.

Conſtiteram exorientem auroram forte ſalutans,
Cum ſubito à læua Roſcius exoritur.
Pace mihi liceat cœleſtes dicere ueſtra,
Mortalis uiſus pulchrior eſſe deo.

Ἀδέσποτον. οἱ δὲ, Νέρωνος.

Ἐμοῦ θανόντος, γαῖα μιχθήτω πυρί.
οὐδὲν μέλει μοι. τἀμὰ γὰρ καλῶς ἔχει.

ALCIATVS.

Me terra functo miſceatur ignibus,
Id curo nil, mea probe ſe continent.

Σιμωνίδου.

Πολλὰ φαγὼν, καὶ πολλὰ πιὼν, καὶ πολλὰ κακ' εἰπὼν
ἀνθρώπους, κεῖμαι Τιμοκρέων Ῥόδιος.

VOLATERRANVS.

Multa bibens, tum multa uorans, male deniq; dicens
Multis, hic iaceo, Timocreon Rhodius.

Καλλιμάχου.

Δαίμονα τίς δ' εὖ οἶδε τὸν αὔριον; ἡνίκα καὶ σὲ
χάρμι τὸν ὀφθαλμοῖς χθιζὸν ἐν ἡμετέροις,
τῇ ἑτέρῃ κλαύσαντες ἐθάπτομεν οὐδὲν ἐκείνου
εἶδε πατὴρ Διοφῶν χρῆμ' ἀνιηρότερον.

IO. SLEIDANVS.

Viſus heri nobis longo digniſſimus æuo
Charmitus, in terram conditus eſt hodie.
Illa fuit ſoboles multum dilecta parenti.
Vſqueadeo nullus craſtina nouit homo.

ΕΙΣ ΑΡΧΑΙΟΥΣ ΤΙΝΑΣ.

Εἰς Σαρδανάπαλον.

Εὖ εἰδὼς ὅτι θνητὸς ἔφυς, τὸν θυμὸν ἄλεξε,
τερπόμενος θαλίῃσι. θανόντι σοι, οὔτι ὄνησις.
καὶ γὰρ ἐγὼ σποδός εἰμι, Νίνου μεγάλης βασιλεύσας.
τόσσ' ἔχω ὅσσ' ἔφαγον, καὶ ἐφύβρισα, καὶ μετ' ἔρωτος.
τέρπν' ἐδάην. τὰ δὲ πολλὰ, καὶ ὄλβια κεῖνα, λέλειπται.
ἥδε



ἥδε σοφὴ βιότοιο παραίνεσις ἀνθρώποισι.

INTERP. STRA.

Ede bibe lude, &c.

Cum te mortalem noris, præſentibus exple
Delitijs animum, poſt mortem nulla uoluptas.
Namq; ego ſum puluis, qui nuper tanta tenebam.
Hæc habeo quæ edi, quæq; exaturata libido
Hauſit, at illa manet multa, & præclara relicta.
Hoc ſapiens uitæ mortalibus eſt documentum.

Εἰς Νιόβην.

Ἀγαθίου.

Ὁ τύμβος οὗτος, ἔνδον οὐκ ἔχει νεκρόν.
ὁ νεκρὸς οὗτος, ἐκτὸς οὐκ ἔχει τάφον.
ἀλλ' αὐτὸς αὐτοῦ νεκρός ἐστι, καὶ τάφος.

AVSONIVS.

Habet ſepulchrum non id intus mortuum,
Habet nec ipſe hic mortuus buſtum ſuper.
Sibi ſed eſt ipſe hic ſepulchrum & mortuus.

POLITIANVS.

Hoc eſt ſepulchrum intus cadauer non habens,
Hoc eſt cadauer & ſepulchrum non habens,
Sed eſt idem cadauer & ſepulchrum ſibi.

C. VRS. VELIVS.

Hoc in ſepulchro mortuus non conditur,
Et conditorium hic habet nec mortuus,
Buſtum ſed ipſe eſt ſibi, itemq; mortuus.

Εἰς Ἡρὼ, καὶ Λέανδρον.

Ἀντιπάτρου.

Οὗτος ὁ Λεάνδροιο διάπλοος, οὗτος ὁ πόντου

πορθμὸς, ὁ μὴ μούνῳ τῷ φιλέοντι βαρύς.
ταῦθ' Ηροῦς τὰ πάροιθεν ἐπαύλια. τοῦτο τὸ πύργου
λείψανον ὁ προδότης ὧδε ἐπέκειτο λύχνος.
κοινὸς δ' ἀμφοτέρους ὅδ' ἔχει τάφος. εἰσέτι καὶ νῦν
κείνῳ τῷ φθονερῷ μεμφομένους ἀνέμῳ.

GVLIEL. DE MARA.

Hic eſt tranatus, miſeri & uectura Leandri.
Hoc fretum amatori ſtat reliquisq; graue.
Nobilis hæc Herus domus extitit, hæ quoq; turris
Relliquiæ, hic Veneris ſigna lucerna dedit.
Hos ambos cõmune tenet monumentum, etiã nunc
Venti execrantes illius inuidiam.

Εἰς Τίμωνα τὸν μισάνθρωπον.

Ενθάδ' ἀπορρήξας ψυχὴν βαρυδαίμονα, κεῖμαι,
οὔνομα δ' οὐ πεύσεσθε, κακοὶ δὲ, κακῶς ἀπόλοισθε.

VOLATER.

Hic ſum poſt uitam miſeramq; inopemq; ſepultus:
Nomen ne quæras, dij lector te male perdant.

IOAN. SLEIDANVS.

Hic iaceo poſtquam mea ſpiritus oſſa reliquit:
Nomen celabo, uobis aduerſa precatus.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Καλλιμάχου.

Τίμων, οὐ γὰρ ἔτ' ἐσσὶ, τί τοι φάος, ἢ σκότος ἐχθρόν;
τὸ σκότος. ὑμέων γὰρ πλείονες εἰν ἀΐδῃ.

IOAN. SLEIDANVS.

Ten' magis oblectant ſuperi, uel regia Ditis?
Iam ſuperi, Multos regia Ditis habet. TIMON.

Ὁμή



Ὁμήρου.

¶Homero tribuit Herodotus. Sunt tamen ut teſtatur Laertius, qui Cleobulo tribuant.

Χαλκῆ παρθένος εἰμὶ, Μίδου δ' ἐπὶ σήματι κεῖμαι
ἔστ' ἂν ὕδωρ τε νάῃ, καὶ δένδρεα μακρὰ τεθήλῃ,
ἥλιος τ' ἀνιὼν λάμποι, λαμπρά τε σελήνη,
καὶ ποταμοὶ ῥέωσιν, ἀνακλύζῃ τε θάλασσα
αὐτοῦ τῇδε μένουσα πολυκλαύστῳ ἐπὶ τύμβῳ,
ἀγγελέω παριοῦσι, Μίδας ὅτι τῇδε τέθαπται.

LAER. INTERP.

Aenea uirgo Midæ celebri ſum nixa ſepulchro,
Alluit unda flumen, & plurima germinat arbos,
Phœbus at exoriens, & ſplendida luna refulget,
Flumina labuntur, placidæ de montibus undæ
Littora commiſcent, deflecto hic marmore multum
Ficta, Midam moneo qui præterit eſſe ſepultum.

BENTINVS.

Aenea ſum uirgo Midæ quæ incumbo ſepulchro.
Dum fluit unda leuis, ſublimis naſcitur arbor,
Dum ſol exoriens, & ſplendida luna relucet,
Dum fluuij labuntur, inundant littora fluctus
Hic conſtanter ago, lachrymisq; in littore tincto
Fixa, Midam moneo, hic tumulatum chare uiator.

VITVS.

Virginis ora gero ſolido conflata metallo
Præſidium formata Midæ cuſtosq; ſepulchri.
Huc dulcis fluat unda, ferat quoq; terra uirentes
Arboribus ſyluas, & gramina ueſtiat agros,
Ipſeq; ſol radijs luceſcat & aurea phoebe.

Interim ego hic maneo monumentaq́; triſtia ſeruo:
Hoc buſtum ut regis ex me ſciat eſſe uiator.

ΕΙΣ ΑΥΛΗΤΑΣ.

Ἀδήλου.

Ὀρφεὺς μὲν κιθάρᾳ πλεῖστον γέρας εἵλετο θνητῶν,
Νέστωρ δὲ γλώσσης ἡδυλόγου σοφίης.
τεκτοσύνῃ δ᾽ ἐπέων, πολυΐστωρ θεῖος Ὅμηρος.
Τηλεφάνης δ᾽ αὐλοῖς, οὗ τάφος ἐστὶν ὅδε.

IO. SLEIDANVS.

Orpheæ cytharæ celebratur gloria ſemper.
Neſtoris eſt linguæ ſuauiloquentis honos.
Carmine Homerus habet laudem multiſcius omne,
Telephanes tibia. Hic cuius & oſſa iacent.

ΕΙΣ ΒΡΕΦΗ.

Λουκιανοῦ.

Παῖδά με πενταέτηρον ἀκηδέα θυμὸν ἔχοντα,
νηλεὴς Ἀΐδης ἥρπασε Καλλίμαχον.
ἀλλά με μὴ κλαίοις. καὶ γὰρ βιότοιο μετέσχον
παύρου, καὶ παύρων τῶν βιότοιο κακῶν.

C. VRS. VELIVS.

Quinquennem rapuit puerum immiſerabilis Orcus
Curarum uacuum nomine Callimachum.
Sed me flere caue, nam paucos, ut breuis, annos
Vixi, ſic uitæ pauca ſiniſtra tuli.

IOAN. SLEIDANVS.

Callimachus quinquennis ego puer atra ſubiui
Limina Plutonis, curaq́; nulla fuit.
Parcite ſed lachrymis, Vitam ut mihi parca negauit

Lon



Longam. Sic uitæ incommoda nulla dedit.

ΕΙΣ ΓΕΡΟΝΤΑΣ. Μενεκράτους.

Γῆρας ἐπὰν μὲν ἀπῇ, πᾶς εὔχεται. ἢν δέ ποτ᾽ ἔλθῃ,
μέμφεται. ἔστι δ᾽ ἀεὶ κρεῖσσον ὀφειλόμενον.

LODO. IAVSSERANDVS.

Quilibet abſentem quærítq́; optatq́; Senectam,
Illa tamen paucis ſæpe cupita uenit.
Venerit hæc eadem, quis non incuſat & odit?
Sic melior ſemper debita, crede mihi, eſt.

Λεωνίδου.

Ἡ γρηῢς Νικὼ, Μελίτης τάφον ἐστεφάνωσε
παρθενικῆς. Ἀΐδη, τοῦθ᾽ ὁσίως κέκρικας;

IO. IORDANVS.

Texit anus Nico, Melites hic uirginis oſſa,
Pluto, hoc uidiſti iudició ne pio?

ΕΙΣ ΓΥΝΑΙΚΑΣ.

Εἰς Λαΐδα. Ἀγαθίου.

Ἕρπων εἰς Ἐφύρην, τάφον ἔδρακον ἀμφικέλευθον
Λαΐδος ἀρχαίης, ὡς τὸ χάραγμα λέγει.
δάκρυ δ᾽ ἐπισπείσας, χαίροις γύναι. ἐκ γὰρ ἀκοῆς
οἰκτείρω σε ἔφην, ἣν πάρος οὐκ ἴδομην.
ὢ πόσον ἠϊθέων νόον ἤκαχες. ἀλλ᾽ ἴδε λήθην
ναίεις, ἀγλαΐην ἐν χθονὶ κατθεμένη.

IOAN. SLEIDANVS.

Laídis antiquæ uidi monumenta Corinthi.
Nam fuit indicio litera ſculpta mihi.
Tum plorans dixi, Mulier ſis ſalua, Tibiq́;
Quam prius haud uidi, lachryma noſtra detur.

 O quo

O quoties magnos læſiſti perfida reges,
Quæ nunc ſub terra putre cadauer habes.

Ἀδέσποτον.

Εἴκοσι Καλλικράτεια, καὶ ἐννέα τέκνα τεκοῦσα,
οὐδ᾽ ἑνὸς, οὐδὲ μιῆς ἐδρακόμην θάνατον.
ἀλλ᾽ ἑκατὸν, καὶ πέντε διηνυσάμην ἐνιαυτοὺς,
σκήπωνι τρομερὰν οὐκ ἐπιθεῖσα χέρα.

AVSONIVS.

Viginti atq; nouem genitrici Callicrateæ
Nullius ſexus mors mihi uiſa fuit.
Sed centum & quinq; expleui bene meſſibus annos,
In tremulam baculo non ſubeunte manum.

Σαπφοῦς.

Τιμάδος ἅδε κόνις, τὰν δὴ πρὸ γάμοιο θανοῦσαν,
δέξατο Περσεφόνας κυάνεος θάλαμος.
ἇς καὶ ἀποφθιμένας, πᾶσαι νεοθηγέϊ χαλκῷ
ἅλικες, ἱμερτὰν κρατὸς ἔθεντο κόμαν.

POLITIANVS.

Timadis hic puluis, quæ dulces ante hymenæos
Excepta eſt nigro Perſephones thalamo.
Illius heu fato cunctæ de uertice amatam
Aequales ferro ſubſecuere comam.

Ἀσκληπιάδου.

Ἀρχεάνασσαν ἔχω τὴν ἐκ Κολοφῶνος ἑταίραν,
ἇς κἀν τῶν ῥυτίδων ὁ γλυκὺς ἕζετ᾽ ἔρως.
ἦν νέον ἢ βήσασαν ἀποδρέψαντες ἐρασταὶ,
πρωτοβόλοι διοσῆς ἤλθετε πυρκαϊῆς.

¶Epigramma hoc Platoni tribuit Diog.
Laer

Laertius, ſicq; refert.

Ἀρχεάνασσαν ἔχω, τὴν ἐκ Κολοφῶνος ἑταίραν,
ἧς καὶ τῶν ῥυτίδων ἕζετο δριμὺς ἔρως.
ἆ δειλοὶ, νεότητος ἀπαντήσαντες ἐκείνης
πρωτοπλόου, δι᾽ ὅσης ἤλθετε πυρκαϊῆς.

POLITIANVS.

Archeanaſſa mihi meretrix Colophonia nunc eſt
Cuius & in rugis inſidet acer amor.
Ah miſeri à prima tetigit quos illa iuuenta
Igne ſuo, medij uos rapuere rogi.

INTERP. LAER.

Archeanaſſa iacet meretrix Colophonis, in ore
Illius ægrotæ ſedit acerbus amor.
O miſeri duxit quos ſors inimica uagantes
In tam crudelem lumina ferre rogum.

BENTINVS.

Archeanaſſa mihi eſt meretrix Colophonia, ſeris
Cuius & in rugis ſedit acerbus amor.
Quas miſeri flammas, per quanta incendia ab iſtis
Libata illa quibus prima iuuenta fuit.

Ἄδηλον.

Ὁρᾷς πρόσωπον Κασσίης τοῦ σώφρονος;
εἰ καὶ τέθνηκε, ταῖς ἀρεταῖς γνωρίζεται.
ψυχῆς τὸ κάλλος μᾶλλον, ἢ τοῦ σώματος.

C. VRS. VELIVS.

Nunquid pudicæ Caſſiæ uultum uides?
Defuncta quamuis nota uirtute eſt ſua,
Animæ eſt uenuſtas corporis præſtantior.
Aliter.

An ora cernis hæc pudica Caſſiæ?
Virtute claret ipſa quamuis mortua,
Præſtat decori corporis mentis decor.

ΕΙΣ ΔΟΥΛΟΥΣ.

Δαμασκίου.

Ζωσίμη, ἣ πρὶν ἐοῦσα μόνῳ τῷ σώματι δούλη,
καὶ τῷ σώματι νῦν εὗρεν ἐλευθερίην.

MORVS.

Ante fuit ſolo Soſime corpore ſerua,
Nunc fato pars eſt hæc quoq; miſſa manu.

Ἀδήλου.

Μάνης οὗτος ἀνὴρ ἦν ζῶν ποτε. νῦν δὲ τεθνηκὼς,
ἶσον Δαρείῳ τῷ μεγάλῳ δύναται.

MORVS,

Hic ſeruus dum uixit erat, nunc mortuus idem,
Non quàm tu Dari magne minora poteſt.

IO. SLEIDANVS.

Viuus, erat miſer hic, Sed nunc poſt fata Dareo
Magnifico ſeruus non minus iſte poteſt.

ΕΙΣ ΗΡΩΑΣ.

Εἰς Λαέρτην.

Ἀδεσπότου.

Ψυχὴ καὶ πέτρην ὁ πολὺς χρόνος, οὐδὲ σιδήρου
φείδεται, ἀλλὰ μιῇ πάντ' ὀλέκει δαπάνῃ.
ὣς καὶ Λαέρταο τόδ' ἠρίον. ὃ σχεδὸν ἀκτᾶς
βαιὸν ἄπο, ψωχρῶν λείβεται ἐξ ὑετῶν.
Οὔνομα μὴν ἥρωος ἀεὶ νέον. οὐ γὰρ ἀοιδὰς
ἀμβλύνειν αἰὼν κἂν ἐθέλῃ, δύναται.





IOAN. SLEIDANVS.

Saxa cauat tempus, ferro nec tempora parcunt,
Omnia ſed mollit tempore longa dies.
Laertæ ſic buſta terit quoq; littora propter
Aethere de ſummo defluus imber aquis.
Immortale ſed heu nomen delere uetuſtas
Herois, Muſa uindice, nulla poteſt.

Εἰς Ἐτεοκλέα καὶ Πολυνείκην.

Βιάνορος.

Οἰδίποδος παίδων, θήβη τάφος, ἀλλ' ὁ πανώλης
τύμβος, ἔτι ζώντων αἰσθάνεται δοράτων.
κείνους οὔτ' ἀΐδης ἐδαμάσσατο. κὴν ἀχέροντι
μάρνανται. κείνων χὼ τάφος ἀντίπαλος.
καὶ πυρὶ πῦρ ἤλεγξαν ἐναντίον. ὦ ἐλεεινοὶ
παῖδες, ἀκοιμήτων ἁψάμενοι δοράτων.

AVSONIVS.

Nec ſtygiis lucis ineunt ſua fœdera fratres
Oedipodionidæ de miſero ah miſeri.
Nanq; etiam ex uno ſurgentes aggere flammas
In diuerſa ſui diſſiliunt cineres.
Infandos iuuenes, quos nec diſcordia caſſos
Luce, nec in ſemet linquit atrox animus.
Atq; utinam & Thebas quiſſent partirier ipſas
Regnorum & metas, ut cinerum nebulas.

Εἰς Ἀχιλλέα καὶ Πάτροκλον.

Ἄνδρε δύω φιλότητι, καὶ ἐν τεύχεσιν ἀρίστω,
χαίρετον, Αἰακίδη, καὶ σὺ Μενοιτιάδη.

IOAN. SLEIDANVS.

Inſignes pietate, ſimul præſtantibus armis

Saluete, Aeacida, tuq; Menœtiada.

Εἰς Αἴαντα.

Ἀσκληπιάδου.

Ἁδ' ἐγὼ ἁ τλάμων ἀρετὰ παρὰ τῷδε κάθημαι
Αἴαντος τύμβῳ, κειραμένα πλοκάμους.
θυμὸν ἄχει μεγάλῳ βεβολημένα, οὕνεκ' Ἀχαιοῖς
ἁ δολόφρων ἀπάτα, κρεῖσσον ἐμοῦ κέκριται.

C. VRS. VELIVS.

Dilaniata comas, uiſu miſerabilis eheu
Conſideo ad cineres hic Telamoniadæ.
Icta dolore graui, mihi quòd fraus callida quondam
Iudicibus Grais ante locata fuit.

Εἰς τὸ αὐτό.

Ἕκτωρ Αἴαντι ξίφος ὤπασεν, Ἕκτορι δ' Αἴας
ζωστῆρ'. ἀμφοτέρων ἡ χάρις εἰς θάνατον.

ERASMVS.

Aiaci datus enſis, ab Hectore, baltheus Aiace
Hectori, utriq; ſuum donum erat exitio.

Εἰς τὸ αὐτό.

Πικρὴν ἀλλήλοις Ἕκτωρ χάριν, ἠδὲ φερασπις
Αἴας, ἐκ πολέμου μνῆμ' ἔπορον φιλίης.
Ἕκτωρ γοῦν ζωστῆρα λαβὼν, ξίφος ἔμπαλι δῶκεν.
τὴν δὲ χάριν δώρων, πείρασαν ἐν θανάτῳ.
τὸ ξίφος εἷλ' Αἴαντα μεμηνότα. καὶ πάλι ζωστὴρ,
εἵλκυσε Πριαμίδην δίφρια συρόμενον.
οὕτως ἐξ ἐχθρῶν αὐτοκτόνα πέμπετο δῶρα,
ἐν χάριτος προφάσει μοῖραν ἔχοντα μόρου.

AL



ALCIATVS.

Bellorum cœpiſſe ferunt monumenta uiciſſim
Scutiferum Aiacem Hectoraq; Iliacum.
Balthea Priamides, rigidum Telamonius enſem,
Inſtrumenta ſuæ cœpit uterq; necis.
Enſis enim Aiacem confecit, at Hectora functum
Traxere Aemoniis cingula nexa rotis.
Sic titulo obſequii quæ mittunt hoſtibus hoſtes
Munera, uenturi præſcia fata ferunt.

¶ Huius epigrammatis ultimum diſtichon ſic uertit

ERASMVS.

Atq; ita ab hoſte hoſti ueniunt lætalia dona,
Quæ ſtudii ſpecie fata necemq; ferunt.

Ἀντιπάτρου εἰς Πρίαμον.

Ἥρωος Πριάμου βαιὸς τάφος. οὐχ ὅτι τοίου
ἄξιος, ἀλλ' ἐχθρῶν χερσὶν ἐχωννύμεθα.

IOAN. IORDANVS.

Tumba breuis Priami Herois. maiore ſepulchro
Dignus erat, ſed ſic obrutus hoſte iacet.

Ἀκηράτου εἰς Ἕκτορα.

Ἕκτορ, ὁμηρείοισιν ἀεὶ βεβοημένε βίβλοις,
θεοδόμου τείχευς ἕρκος ἐρυμνότερον.
ἐν σοὶ Μαιονίδης ἀνεπαύσατο. σοῦ δὲ θανόντος
Ἕκτορ, ἐσιγήθη καὶ σελὶς Ἰλιάδος.

IOAN. IORDANVS.

Semper Homeri Hector claris celebrate camœnis,
Diuinæ columen ſplendidiuſq; domus.
In te Mœonides requieuit teq; perempto
Nobilis Iliados conticuere libri.

EIΣ

## ΕΙΣ ΙΑΤΡΟΥΣ.

Ἀδήλου.

Θεσσαλὸς Ἱπποκράτης, κῷος γένος, ἐνθάδε κεῖται,
  Φοίβου ἀπὸ ῥίζης ἀθανάτου γεγαώς.
πλεῖστα τρόπαια νόσων στήσας ὅπλοις ὑγιείης,
  δόξαν ἑλὼν πολλὴν οὐ τύχῃ, ἀλλὰ τέχνῃ.

MORVS.

Theſſalus Hippocrates, Cous genere, hac iacet urna,
  Phœbi immortalis ſemine progenitus.
Crebra trophea tulit morborum armis medicinæ,
  Laus cui magna, nec id ſorte, ſed arte fuit.

Ἀδήλου.

Παυσανίην ἰητρὸν ἐπώνυμον Ἀγχίτεω υἱόν,
  τὸν δ' ἀσκληπιάδην πατρὶς ἔθαψε κόνις.
ὃς πλείστους κρυεραῖσι μαραινομένους ὑπὸ νούσοις
  φῶτας, ἀπέστρεψεν Περσεφόνας θαλάμων.

Empedocli tribuit Diogenes Laertius,
apud quem ſic legitur.

Παυσανίην ἰητρὸν ἐπώνυμον, Ἀγχίτεω υἱόν,
  φῶτ' ἀσκληπιάδην πατρὶς ἔθρεψε Γέλα.
ὃς πολλοὺς μογεροῖσι μαραινομένους καμάτοισι
  φῶτας, ἀπέστρεψεν Περσεφόνας ἀδύτων.

INTERP. LAERTII.

Pauſaniæ medico Anchito cognomine nato
  Aſclepiadeo patria clara Gela eſt.
Qui langueſcentes uario pleroſq; labore
  Sæpe acheronteum linquere fecit iter.

BENTINVS.

Pau-



Pauſaniam Anchiti natum, Phœbiq; nepotem
  Clarum aluit medicum patria clara Gela.
Qui multos diris homines languoribus ægros
  Eripuit furuis Perſephones thalamis.

## ΕΙΣ ΜΕΘΥΣΟΥΣ.

Ἀντιπάτρου σιδωνίου.

Τῆς πολιῆς τόδε σῆμα Μαρωνίδος. ἧς ἐπὶ τύμβῳ
  γλυπτὴν ἐκ πέτρου αὐτὸς ὁρῇς κύλικα.
ἡ δὲ φιλάκρητος, καὶ ἀεὶ λάλος, οὐκ ἐπὶ τέκνοις
  μύρεται, οὐ τεκέων ἀκτεάνῳ πατέρι.
ἓν δὲ τόδ' αἰάζει καὶ ὑπ' ἠρίον, ὅτι τὸ Βάκχου
  ἄρμενον, οὐ Βάκχου πλῆρες ἔπεισι τάφῳ.

IO. SLIDANVS.

Hæc uetulæ ſunt buſta Maronidos, illius acta
  Sculptilis è petra cantharus iſte notat.
Ebria ſemper erat, tum garrula, Sed neq; prolis
  Exhauſti'ue patris nec dolet illa uicem.
Hoc queritur craſſa nunc ſub tellure uel unum,
  Quòd deſit Bacchi copia larga ſibi.

## ΕΙΣ ΝΑΥΑΓΗΣΑΝΤΑΣ.

Πλάτωνος.

Ναυηγοῦ τάφος εἰμί. ὁ δ' ἀντίον ἐστὶ γεωργοῦ,
  ὡς ἁλὶ, καὶ γαίῃ ξυνὸς ὕπεστ' ἀΐδης.

MORVS.

Naufragus hac ſitus eſt, iacet illa ruſticus urna,
  Ad ſtyga ſiue ſalo, par uia, ſiue ſolo.
¶ Similem ferè ſententiam habet,

CONR. CELTIS.

Quo

Quo moriare loco nil refert, ad Iouis aulam
A' terra ſpatium ſemper habebis idem.

Ἀντιπάτρου.

Οὐδετέρης ὅλος εἰμὶ θανὼν νέκυς, ἀλλὰ θάλαττα,
καὶ χθὼν, τὴν ἀπ' ἐμεῦ μοῖραν ἔχουσιν ἴσην.
σάρκα γὰρ ἐν πόντῳ φάγον ἰχθύες. ὀστέα δ' αὖτε
βέβρασται ψυχρῇ τῇδε παρ' ἠιόνι.

C. VRS. VELIVS.

Neutra habet integrum, nec terra nec unda, ſepultũ:
Aequa adeo pars nunc ceſſit utriq; mei,
Nam piſces carnem medio abſumpſere profundo,
Oſſa ſed in gelido littore ſparſa iacent.

Σταϊυλλίου Φλάκκου.

Λαίλαπα, καὶ μανίην, ὀλοῆς προφυγόντα θαλάττης
ναυηγὸν λιβυκαῖς κείμενον ἐν ψαμάθοις.
οὐχ ἑκὰς ἠιόνων, πυμάτῳ βεβρυμένον ὕπνῳ,
γυμνὸν, ἀπὸ στυγερῆς ὡς κάμε ναυφθορίης.
ἔκτανε λυγρὸς ἔχις. τί μάτην πρὸς κύματ' ἐμόχθει
τὴν ἐπὶ γῆς φεύγων μοῖραν ὀφειλομένην;

MORVS.

A equoris inſanas euaſit naufragus undas,
Triſtius Afra ſalo præbet harena ſolum.
Dum iacet ecce graui preſſus prope littora ſomno,
Nudus, & infeſto feſſus abuſq; freto,
Vipera trux perimit, fruſtra fugis æquora fruſtra,
Heu miſer, in terris debita fata tibi.

Φακέλλου.

φεῦγε θαλάττια ἔργα, βοῶν δ' ἐπιβάλλευ ἐχέτλῃ,
εἴτι



εἴτι τοι ἡδὺ μακρῆς πείρατ' ἰδεῖν βιοτῆς.
ἠπείρῳ γὰρ ἔνεστι μακρὸς βίος. εἰν ἁλὶ δ' οὔπως
εὐμαρὲς πολιὴν ἀνδρὸς ἰδεῖν κεφαλήν.

IO. IORDANVS.

Vndoſum pelagus fugito, terramq; quietam
Tutus ara, cupiens tempora longa tibi.
Terra quidem longam dat uitam: ſed mare contra,
Cui canos raro cernis ineſſe uiros.

Λεωνίδου.

Οὐδ' εἴ μοι γελόωσα καταστορέσειε γαλήνη
κύματα, καὶ μαλακὴν φρῖκα φέροι ζέφυρος.
νηοβάτην ὄψεσθαι. δέδοικα γὰρ οὓς πάρος ἔτλην
κινδύνους, ἀνέμοις ἀντικορυσσόμενος.

IO. SLEIDANVS.

Non ego, ſi placidum uentis mare conſpicer altum,
Et zephyri lenis mulceat aura caput.
Conſcendam naueis, nam me diſcrimina terrent,
Luctaq; cum uentis diſplicet illa mihi.

ΕΙΣ ΠΟΙΗΤΑΣ.

Εἰς Ὅμηρον.

Ἀντιπάτρου.

Ἐνθάδε τὴν ἱερὰν κεφαλὴν κατὰ γαῖα καλύπτει
ἀνδρῶν ἡρώων κοσμήτορα θεῖον Ὅμηρον.

GVA. VERONEN.

Conditur hoc tumulo uates diuinus Homerus
Heroum cecinit qui bene geſta ducum.

VITVS.

Hic ſacrum terra caput occultatur Homeri,
R Qui

Qui canere heroum præſtantia facta ſolebat.

Εἰς Ὀρφέα.

Ἀντιπάτρου.

Οὐκ ἔτι θελγομένας Ὀρφεῦ δρύας, οὐκ ἔτι πέτρας
ἄξεις, οὐ θηρῶν αὐτονόμους ἀγέλας.
οὐκ ἔτι κοιμάσεις ἀνέμων βρόμον, οὐχὶ χάλαζαν,
οὐ νιφετῶν συρμούς, οὐ παναχεῦσαν ἅλα.
ὤλεο γάρ. σὲ δὲ πολλὰ κατωδύραντο θύγατρες
μναμοσύνας. μάτηρ δ' ἔξοχα καλλιόπα.
τί φθιμένοις στοναχεῦμεν ἐφ' υἱάσιν, ἁνίκ' ἀλαλκεῖν
τῶν παίδων ἀΐδην οὐδὲ θεοῖς δύναμις;

IO. SLEIDANVS.

Non quercus, non ſaxa modo de rupibus Orpheu
Non armenta tuo carmine mota trahes.
Iam neq; mulcebis uentos, nec grandine cœlum
Triſtius, aut niueis nubila facta globis.
Nam tua Mnemoſynes lachrymantur fata ſorores,
Et genitrix multum Calliopeia dolet.
Mortua quur flemus natorum corpora? quando
Diui non poſſunt aſſerere inde ſuos.

Εἰς ἀρχίλοχον ἰουλιανοῦ ἀπὸ ὑπάρ-
χων αἰγυπτίου.

Κέρβερε, δειμαλέην ὑλακὴν νεκύεσσιν ἰάλλων,
ἤδη φρικαλέον δείδιθι καὶ σὺ νέκυν.
Ἀρχίλοχος τέθνηκε. φυλάσσεο θυμὸν ἰάμβων
δριμὺν, πικροχόλου τικτόμενον στόματος.
οἶσθα βοῆς κείνοιο μέγα σθένος, εὖτε λυκάμβεω
νηῦς μία σοι, δοιὰς ἤγαγε θυγατέρας.

IOAN.



IOAN. IORDANVS.

Cerbere qui timidis terres latratibus umbras
Hanc umbram horrentem iam quoq; iure time.
Archilochus periit. rabioſo armatus iambo
Natus erat, bilis fouit iniqua uirum.
Quid potuit ſat uoce tenes. ratis una Lycambis
Natas quando duas attulit antè tibi.

Εἰς Ἀνακρέοντα.

Ἰουλιανοῦ ἀπὸ ὑπάρχων αἰγυπτίου.

Πολλάκι μὲν τόδ' ἄεισα, καὶ ἐκ τύμβου δὲ βοήσω,
πίνετε, πρὶν ταύτην ἀμφιβάλησθε κόνιν.

INCERTI.

Sæpius hoc dixi, quod poſt mortem quoq; dicam:
Nunc potate, prius quàm tegat oſſa cinis.

Εἰς Ἴβυκον.

Ἀντιπάτρου.

Ἴβυκε, λῃσταί σε κατέκτανον ἔκ ποτε νήσου
βάντες ἐρημαίην ἄστιβον ἠϊόνα,
πόλλ' ἐπιβωσάμενον γεράνων νέφος. αἵ τοι ἵκοντο
μάρτυρες, ἄλγιστον ὀλλυμένῳ θάνατον.
οὐδὲ μάτην ἰάχησας, ἐπεὶ ποινὴ τις ἐριννὺς
τῶνδε διὰ κλαγγὴν τίσατο σεῖο φόνον,
σισυφίην κατὰ γαῖαν. ἰὼ φιλοκερδέα φῦλα
λῃστέων, τί θεῶν οὐ πεφόβησθε χόλον;
οὐδὲ γὰρ ὁ προπάροιθε κανὼν αἴγισθος ἀοιδὸν,
ὄμμα μελαμπέπλων ἔκφυγεν εὐμενίδων.

PETRVS AEGIDIVS.

Quondam ad deſertum uenientes Ibyce littus

Vitam prædones eripuere tibi
Sæpe gruum nubem imploranti, quæ tibi teſtes
Aduenere necis quum morerére tuæ.
Attamen haud fruſtra, ſiquidem clangore uolucrum
Siſyphio cædem eſt Eumenis ulta ſolo.
Latronum genus heu cupidum lucri atq; rapinæ,
Cur uos nequaquam terruit ira deûm?
Quando nec Aegiſthus, uatem qui occiderat olim
Atrarum occurſus fugerat Eumenidum

AVSON. in monaſyl.

Ibycus ut periјt uindex fuit altiuolans grus.

ΕΙΣ ΑΝΟΝΥΜΟΥΣ ΠΟΙΗΤΑΣ.

Εἰς Μουσαῖον.

Εὐμόλπου φίλον υἱὸν ἔχει τὸ φαληρικὸν οὖδας
Μουσαῖον, φθίμενον σῶμ᾽ ὑπὸ τῷδε τάφῳ.

LAER. INTERP.

Eumolphi exanimem Muſæum terra Phalerum
Continet hoc tumulo pignora chara patris.

BENTINVS.

Eumolphi exanimem Muſæum terra Phalera
Claudit in hoc tumulo, pignora chara patris.

GVLIEL. DE MARA.

Eumolphi charum nunc terra Phalerica natum
Muſæum in cineres contegit hoc tumulo.

Εἰς Λίνον.

Ὧδε Λίνον θηβαῖον ἐδέξατο γαῖα θανόντα,
μούσης οὐρανίης υἱὸν ἐϋστεφάνου.

INTERP. LAER.

Candida purpureis redimitum tempora ſertis

Theba



Thebanum Vraniæ continet urna Linum.

Εἰς Ορφέα.

Θρήϊκα χρυσολύρην τῇδ᾽ Ὀρφέα μοῦσαι ἔθαψαν,
ὃν κτάνεν ὑψιμέδων Ζεὺς ψολόεντι βέλει.

LAER. INTERP.

Orphea candenti transfixum fulmine Thracem.
Cum curua aonides hic poſuere lyra.

CHRIS. LANDINVS.

Orphea Chryſolyrā muſæ hoc poſuere ſepulchro,
Fulmine quem ſtrauit Iuppiter alta uidens.

BENTINVS.

Orphea candenti traiectum fulmine Thracem,
Cum aurata aonides hic poſuere lyra.

¶ Luſit & in eius mortem ſic

MARVLLVS.

Orphea dum miſeranda parens tumularet ademptū,
Tractaq; melliflui cerneret ora uiri,
At tu nate facis dixit præconia diuis.
Quid niſi damnatus fulmine & Enceladus?

ΕΙΣ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥΣ.

Εἰς Πλάτωνα.

Γαῖα μὲν ἐν κόλποις κρύπτει τόδε σῶμα Πλάτωνος,
ψυχὴ δ᾽ ἀθανάτων τάξιν ἔχει μακάρων,
υἱοῦ Ἀρίστωνος. τόν τις καὶ τηλόθι ναίων
τιμᾷ ἀνὴρ ἀγαθὸς, θεῖον ἰδόντα βίον.

GVA. VERONEN.

Tellus membra ſinu condit moribunda Platonis,
At fœlix animam cœtus habet superûm.
Longinqui hoc celebrāt, diuina huic cognita uita eſt,

Clarus Athenarum ciuis Ariſton erat.

LAER. INTERP.

Occulit hic corpus diuini terra Platonis,
At ſuperas ſedes ſpiritus ipſe tenet.
Ariſtone ſati procul hunc diuina uidentem,
Longe habitans ſeruat uir bonus atq; colit.

BENTINVS.

Corpus habet gremio contectum terra Platonis,
Mens ſed habet ſuperum tecta beata deûm.
Diuinum quem iam ueneratur quiſquis honeſtus,
Et probus eſt, cuius uel procul eſt regio.

Σπευσίππου.

Σῶμα μὲν ἐν κόλποις κατέχει τόδε γαῖα Πλάτωνος,
ψυχὴ δ' ἰσοθέων τάξιν ἔχει μακάρων.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Αἰετὲ, τίπτε βέβηκας ὑπὲρ τάφον; ἢ τίνος εἰπὲ
ἀστερόεντα θεῶν οἶκον ἀποσκοπέεις;
ψυχῆς εἰμὶ Πλάτωνος ἀποπταμένης ἐς ὄλυμπον
εἰκών. σῶμα δὲ γῆ γηγενὲς, ἀτθὶς ἔχει.

LAER. INTERP.

Quid monumenta ſuper uolucrum regina uolaſti?
Tu mihi dic ſuperûm quam tueare domum?
Aſtra petens animæ ſum clara Platonis imago,
Progenitum terra corpus at Atthis habet.

BENTINVS.

Quid monumenta ſuper uolucrum regina uolaſti?
Tu mihi dic ſuperûm quam tueare domum?
Diua ego ſublati in cœlum feror umbra Platonis.
Terrenum at corpus Attica ſeruat humus.

Εἰς



Εἰς τὸν αὐτόν.

DIOG. LAERTII.

Καὶ πῶς, εἰ μὴ Φοῖβος ἀν' ἑλλάδα φῦσε Πλάτωνα,
ψυχὰς ἀνθρώπων γράμμασιν ἠκέσατο;
καὶ γὰρ ὁ τοῦδε γεγὼς, ἀσκληπιός ἐστιν ἰητὴρ
σώματος, ὡς ψυχῆς ἀθανάτοιο Πλάτων.

INTERP. LAER.

En animas hominum quonam curaſſet Apollo
Luſtraſſet ſi non oppida Græca Plato?
Corporibus medicans hic eſt Epidaurius ægris
Filius, ut ſapiens eſt animæq; Plato.

BENTINVS.

Ni doctum Græcis genuiſſes Phœbe Platonem,
Prorſus nemo animis qui medeatur erat.
Corporis eſt medicus ſatus ex te Aſclepius ægri,
Aeternæ ut ſapiens eſt animæ ipſe Plato.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Φοῖβος ἔφυσε βροτοῖς ἀσκληπιὸν, ἠδὲ Πλάτωνα.
τὸν μὲν, ἵνα ψυχὴν, τὸν δ' ἵνα σῶμα σάοι.
δαισάμενος δὲ γάμον, πόλιν ἤλυθεν. ἥν ποθ' ἑαυτῷ
ἔκτισε, καὶ δαπέδῳ Ζηνὸς ἐνιδρύσατο.

LAER. INTERP.

Occidit ut Titan, Epidaurion, atq; Platonem
Protulit, hunc animæ, corporis hunc medicum.
Coniugia at ſeparans petijt quam condidit urbem,
Inq; ſolo magni ponitur inde Iouis.

BENTINVS.

Produxit nobis Aſclepion atq; Platonem
Phœbus, ut hic corpus curet, & ille animum.

R 4 Con

Cõiugium celebrare uolens, quam condidit olim
Vrbem adit ipſe, Iouis quamq; ſolo poſuit.

Εἰς Δημόκριτον.

D. LAERTII.

Καὶ τίς ἔφυ σοφὸς ὧδε; τίς ἔργον ἔρεξε τοσοῦτον,
ὅσσον ὁ παντοδαὴς μήνυσε Δημόκριτος;
ὃς θάνατον παρεόντα, τρεῖ' ἤματα δώμασιν ἔσχεν,
καὶ θερμοῖς ἄρτων ἄσθμασιν ἐξένισεν.

LAER. INTERP.

Dixit opus ſapiens unquam quis tale peregit
Fecit quale ſciens omnia Democritus?
Qui per tres tenuit præſentia funera ſoles
In panum calidis hoſpes anhelitibus.

BENT.

Quiſnam tam ſapiens uiſus qui tale patrarit
Vnquam, quale ſciens omnia Democritus?
Qui per tres tenuit præſentia fata dies, &
Illa recens cocti panis odore aluit.

Εἰς Διογένη τὸν κύνα.

Εἰπὲ κύων, τίνος ἀνδρὸς ἐφεστὼς σῆμα φυλάσσεις;
τοῦ κυνός. ἀλλὰ τίς ἦν οὗτος ἀνὴρ ὁ κύων;
Διογένης. γένος εἰπέ; σινωπεύς. ὃς πίθον ᾤκει;
καὶ μάλα νῦν δὲ θανὼν, ἀστέρας οἶκον ἔχει.

AVSONIVS.

Dic canis, hic cuius tumulus? canis. at canis hic qs?
Diogenes. obijt? non obijt, ſed abit.
Diogenes cui pera penus, cui dolia ſedes,
Ad manes abijt? Cerberus ire uetat.
Quonam igitur? clari flagrat quà ſtella leonis,





Additus eſt iuſtæ nunc canis Erigonæ.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Βάκτρον, καὶ πήρη, καὶ διπλόον εἷμα σοφοῖο
Διογένευς, βιότου φόρτος ὁ κουφότατος.

IO. IORDANVS.

Diogenis uitæ ſapientis ſarcina multum
Grata duplex ueſtis, pera, bacillus erat.

ὡς ἀπὸ τοῦ Διογένους.

πάντα φέρω πορθμῆϊ. λέλοιπα γὰρ οὐδὲν ὑπὲρ γῆς.
ἀλλὰ κύον σαίνοις κέρβερε τόν με κύνα.

LODO. IAVSSERANDVS.

Omnia nauclero porto, nihil orbe reliqui,
At cane terretur Cerbere dire canis.

Εἰς Θαλῆν.

Τόνδε Θαλῆν μίλητος ἰὰς θρέψασ' ἀνέδειξεν
ἀστρολόγων πάντων πρεσβύτατον σοφίῃ.

LAER. INTERP.

Hunc, quæ nutriuit Mileſia terra Thaletem,
Conſilio primum prodidit aſtrologum.

BENT.

Hunc, quæ nutriuit Mileſia terra Thaletem,
Aſtrologum primi nominis ipſa tulit.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Ἦ ὀλίγον τὸ σῆμα. τὸ δὲ κλέος, οὐρανόμηκες
τοῦ πολυφροντίστου τοῦδε Θάλητος ὅρη.

LAER. INTERP.

Nempe hic exiguus tumulus, ſed ſydera ſcandit
Gloria, ſunt cuius hæc monumenta Thalæ.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Γυμνικὸν αὖ ποτ' ἀγῶνα θεώμενον ἠέλιε Ζεῦ,
τὸν σοφὸν ἄνδρα Θαλῆν ἥρπασας ἐκ σταδίων.
αἰνέω ὅττι μιν ἐγγὺς ἀπήγαγες. ἦ γὰρ ὁ πρέσβυς,
οὐκ ἔθ' ὁρᾶν ἀπὸ γῆς ἀστέρας ἠδύνατο.

LAER. INTERP.

Gymnicon aſpiceret cum rurſus agona, Thaletem,
Traxiſti è ſtadijs Iuppiter Eclie.
Hunc laudo cœlum propius quòd duxeris, ultra
Non poterat terris aſtra uidere ſenex.

Εἰς Πιττακόν.

CALLIMACHI.

Ξεῖνος Ἀταρνείτης τις ἀνείρετο Πιττακὸν οὕτω
τὸν Μιτυληναῖον παῖδα τὸν Ὑῤῥαδίου.
ἄττα γέρον, δοιός με καλεῖ γάμος. ἡ μία μὲν δὴ
νύμφη, καὶ πλούτῳ, καὶ γενεῇ κατ' ἐμέ.
ἡ δ' ἑτέρη, προβέβηκε. τί λώϊον; εἰ δ' ἄγε μοι σὺ
βούλευσον ποτέρην εἰς ὑμέναιον ἄγω.
εἶπεν. ὁ δὲ, σκίπωνα, γεροντικὸν ὅπλον ἀείρας.
ἠνὶ δὲ κεῖνοί σοι πᾶν ἐρέουσιν ἔπος.
οἱ δ' ἄρ' ὑπὸ πληγῇσι θοὰς βέμβικας ἔχοντες,
ἔστρεφον εὐρείῃ παῖδες ἐνὶ τριόδῳ.
κείνων ἔρχεό φησι μετ' ἴχνια. χὠ μὲν ἐπέστη
πλησίον. οἱ δ' ἔλεγον, τὴν κατὰ σαυτὸν ἔλα.
ταῦτ' ἀΐων ὁ ξεῖνος, ὀφείσατο μείζονος οἴκου
δράξασθαι, παίδων κληδόνι συνθέμενος.
τὴν δ' ὀλίγην ὡς κεῖνος ἐς οἶκον ἐπήγετο νύμφην,

οὕτω



οὕτω καὶ σὺ Δίων τὴν κατὰ σαυτὸν ἔλα.

LAER. INTERP.

Hoſpes Atarnites rogitauit Pittacon olim
Sic Mitylenæon Hyrrhadi oq; ſatum.
Magne ſenex geminæ cupiunt mihi nubere, quarum
Et genere atq; opibus conuenit una mihi,
Altera præcellit, quid præſtat conſule, dicq;.
Vtra ex his potius ſit capienda mihi?
Hic baculum tollens, ſic, tela ſenilia, dixit.
Conſilium pueri, quod petis, expedient.
Queis celer in gyrum iactatus uerbere turbo
Aſſiduo, latis uertitur in triuijs.
I, ſequere illorum monitus. ſic fatur. at ille
Scitatur, referunt: tu tibi ſume parem.
Quæ poſtquam audiuit, monitis puerilibus hærens
A' magnis hoſpes abſtinuit thalamis.
Atq; parem, paruas lætus traduxit in ædes.
Sic Dion æqualem ſi ſapis ipſe cape.

BENT.

Nuper Atarnæus rogitabat Pittacon hoſpes
Hyrrhadij natum, quem Mitylena tulit.
Chare ſenex, gemina inuitat me teda, puella
Vna mihi par eſt gente, ſimulq; opibus.
Altera ſed præſtat: tu fare quod expedit oro,
Ducenda in thalamos utra mihi uxor erit?
Dixerat, ille breui elato, ſenis arma, bacillo.
Ecce, ait, hi totam rem, mihi crede, docent.
Illi autem celeres ſcuticis leuioribus orbes
Gyrabant latis in triuijs pueri.

I, ſeque

I, ſequere illorum ueſtigia dicit, & ille
Accedit, recinunt, tu tibi ſume parem,
Hæc ubi deprendit, iuuenũ æquis luſibus hoſpes
Commonitus, magnis ædibus abſtinuit.
Ac tenuem modicas uxorem duxit in ædes.
Ergo Dion poſthac tu tibi ſume parem.

Εἰς Βίαντα.

Κλεινοῖς ἐν δαπέδοισι πριήνης φύντα καλύπτει
ἥδε Βίαντα πέτρη, κόσμον ἴωσι μέγαν.

LAER. INTERP.

Petra Prienæum tegit hic commiſſa Biantem.
Ornamentum ingens qui fuit Ioniȷs.

BENT.

Petra Prienæum tegit hæc bene culta Biantem.
Ornamentum ingens qui fuit Ioniȷs.

Εἰς τὸν αὐτόν.

D. LAERTII.

Τῇδε Βίαντα κέκευθα, τὸν, ἀτρέμας ἤγαγεν ἑρμῆς
εἰς ἀΐδην, πολιῷ γήραϊ νιφόμενον.
εἶπε γὰρ εἶπε δίκην ἑτάρου τινός. εἶτ᾽ ἀποκλινθεὶς,
παιδὸς ἐς ἀγκαλίδας μακρὸν ἔτεινεν ὕπνον.

LAER. INTERP.

Petra Bianta tegit ſtygias Cyllenius undas
Quem duxit niueum tempora canicie.
Perpetuam noctem pueri dormiuit in ulnis,
Dixerat ut ſociȷ credita iura ſibi.

BENT.

Hic ſitus eſt Bias, Hermes quem duxit ad Orcum
Albentem niueis tempora cana pilis.

Vt



Vt cauſam dixit ſociȷ, inclinatus in ulnas
Mox pueri, ſomnum ſoluitur in tenuem.

Εἰς Ανάχαρσιν

D. LAERTII.

Ες σκυθίην ἀνάχαρσις ὅτ᾽ ἤλυθε πολλὰ μογήσας,
πάντας ἔπειθε βιοῦν ἤθεσιν ἑλλαδικοῖς.
τὸν δ᾽ ἔτι μῦθον ἄκραντον ἐνὶ στομάτεσσιν ἔχοντα,
πτηνὸς ἐς ἀθανάτους ἥρπασεν ὦκα δόναξ.

LAER. INTERP.

Suadebat Scythicas errans Anacharſis in oras
Moribus hos omnes uiuere Cecropidum.
Verba leuis nondum modulata ſub ore tenentem,
Hunc immortales traxit arundo deos.

BENT.

In Scythiam patriam rediens Anacharſis ad oras
Orabat Græco uiuere more ſuos.
Vix ea cum ſummo infœlix uerſaret in ore
Verba, ſenem ſuperis dira ſagitta dedit.

Εἰς Δίωνα τὸν συρακούσιον.

Πλάτωνος.

Δάκρυα μὲν ἑκάβῃ τε, καὶ ἰλιάδεσσι γυναιξὶ
μοῖραι ἐπέκλωσαν δή ποτε γεινομέναις.
σοὶ δὲ Δίων ῥέξαντι καλὸν ἐπινίκιον ἔργον,
δαίμονες εὐρείας ἐλπίδας ἐξέχεαν.
κεῖσαι δ᾽ εὐρυχόρῳ ἐνὶ πατρίδι τίμιος ἀστοῖς,
ὦ ἐμὸν ἐκμήνας θυμὸν ἔρωτι Δίων.

BENT.

Et lachrymas Hecubæ, & Troianis fata puellis
Decreuere recens ex genitrice ſatis.

At

At tibi poſt partos præclaro Marte triumphos
Spes reliqua eſt nullis clare Dion ſuperis.
Te patria ampla fouet, cumulat te ciuis honore,
Quo mihi nunc mentem perdis amore Dion?

Εἰς Θεόφραστον.

D. LAERTII.

Οὐκ ἄρα τοῦτο μάταιον ἔπος μερόπων τίν᾽ ἐλέχθη,
ῥήγνυσθαι σοφίης τόξον ἀνιέμενον.
δὴ γοῦν καὶ Θεόφραστος ἕως ἐπόνει μὲν, ἄπηρος
ἦν δέμας. εἶτ᾽ ἀνεθεὶς, κάτθανε πηρομελής.

INTERP. LAER.

Non arcum frangi ſapientis poſſe remiſſum
Vana hæc nullius uerba fuere uiri.
Dum fuit intento Theophraſtus corpore uixit,
Corpora ſed poſtquam feſſa remiſit, obit.

BENTINVS.

Haud uanè quidam, ſtudij, ſi forte relaxes,
Rumpi arcum dixit, quiſquis homo ille fuit.
Nam uegetus Theophraſtus erat firmusq; labore,
Laxauit poſtquam membra labore, obijt.

ERASMVS.

Ni foret intentus ſapientis frangier arcum
Veridici ſanè uerba fuere uiri.
Namq; opere aſſiduo ualuit Theophraſtus, & idem
Laxato ſtudio, membra ſolutus obit.

Εἰς Ἡρακλείδην.

D. LAERTII.

Ἤθελες ἀνθρώποισι λιπεῖν φάτιν, Ἡρακλείδη,
ὥς ῥα θανὼν ἐγένου ζωὸς ἅπασι δράκων.

ἀλλὰ



ἀλλὰ διεψεύσθης σεσοφισμένε. δὴ γὰρ ὁ μὲν θὴρ,
ἦε δράκων, σὺ δὲ θὴρ, οὐ σοφὸς ὢν, ἑάλως.

LAER. INTERP.

Clarus Heraclide uoluiſti uiuere fama
Omnibus extinctus quòd draco uiuus eras.
Es male mentitus, fallens fuit aſpera ſerpens
Bellua, non ſapiens tu fera capta iaces.

BENT.

Mirum Heraclides quid tantum optaueris amens
Poſt mortem nobis ut uiderere draco.
Falſus at es, mihi crede, fuit nam bellua uere
Ille draco, ſed eras bellua non ſapiens.

Εἰς Πυθαγόραν.

D. LAERTII.

Οὐ μόνος ἐμψύχων ἀπέχεις χέρας, ἀλλὰ καὶ ἡμεῖς.
τίς γὰρ, ὃς ἐμψύχων ἥψατο Πυθαγόρη;
ἀλλ᾽ ὅταν ἑψηθῇ τι, καὶ ὀπτηθῇ, καὶ ἁλισθῇ,
δὴ τότε καὶ ψυχὴν μὴ ἔχον, ἐσθίομεν.

LAER. INTERP.

Non refugis ſolus, ſed nos animata uetamus,
Vinibla Pythagoræ fercula nullus edit.
Aſt ubi lixatum, uel coctum, ſiue ſalitum,
Tunc edimus, quoniam ſpiritus omnis abit.

BENTINVS.

Haudquaquam ſolus tu animatis abſtinuiſti.
Quiſnam animata uorat, dic mihi Pythagora?
Verum ubi quid toſtum eſt, elixum, uel ſale ſparſum,
Tunc edimus, quoniam ſpiritus omnis abeſt.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Αἱ,

Αἰ, αἰ, Πυθαγόρης τί τόσον κυάμους ἐσεβάσθη;
    καὶ θάνε φοιτηταῖς ἄμμιγα τοῖς ἰδίοις.
χωρίον ἦν κυάμων. ἵνα μὴ τούτους δὲ πατήσῃ,
    ἐξ ἀκραγαντίνων, κάτθαν᾽ ἐνὶ τριόδῳ.

LAER. INTERP.

Heu heu quid tantum proprio auditore ſeorſum
    Pythagoras fabas perueneratus obis.
Ne loca fabarum pedibus calcaret iniquis
    Agragantino mortuus in triuio eſt.

BENT.

Heu heu Pythagoras quid uile legumen adorat?
    Quem in proprijs fama eſt occubuiſſe fabis.
Nam ne forte fabas fugiens calcaret in agro,
    Tandem Agragantino cæſus ab hoſte perit.

Εἰς Ἐμπεδοκλῆν.

D. LAERTII.

Καὶ σύ ποτ᾽ ἐμπεδόκλεις, διερῇ φλογὶ σῶμα καθήρας,
    πῦρ ἀπὸ κρητήρων ἔκπιες ἀθανάτων.
οὐκ ἐρέω δ᾽ ὅτι σαυτὸν ἑκὼν βάλες ἐς ῥόον αἴτνης,
    ἀλλὰ λαθεῖν ἐθέλων, ἔμπεσες οὐκ ἐθέλων.

INTER. LAERTII.

Empedocles rapida purgaſti corpora flamma,
    Aeternos ignes fortiter ore trahens.
Vltroneum taceam, te incendia ſæua petiſſe,
    Incidis inuitus delituiſſe uolens.

BENT.

Empedocles rapida purgaſti corpora flamma,
    Aeternos ignes fortiter ore trahens.
Non dicam quod te in feruentem miſeris Aetnam,

Lapſus



Lapſus es at nolens, delituiſſe uolens.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Ναὶ μὴν ἐμπεδοκλῆα θανεῖν λόγος, ὥς ποτ᾽ ἀμάξης
    ἔκπεσε, καὶ μηρὸν κλάσσατο δεξιτερόν.
εἰ δὲ πυρὸς κρητῆρας ἐσήλατο, καὶ πίε, τί ζῆν.
    πῶς ἂν ἔτ᾽ ἐν μεγάροις δείκνυτο τοῦδε τάφος;

LAER. INTERP.

Cruribus Empedocles confractis dicitur eſſe
    Mortuus, e curru cum cecidiſſet humi.
Si ſe flagrantem uicturus iecit in Aetnam,
    Quomodo nunc Megaris ſtructa ſepulchra uides?

BENTINVS.

Cruribus Empedocles colliſis dicitur eſſe
    Mortuus, e curru cum cecidiſſet humi.
Si ſe flagrantem maleſanus iecit in Aetnam
    Quomodo adhuc Megaris ſtructa ſepulchra uides?

Εἰς Ἐπίχαρμον.

Εἴ τι παραλλάσσει φαέθων μέγας ἥλιος ἄστρων,
    καὶ πόντος, ποταμῶν μείζον᾽ ἔχει δύναμιν,
φαμὶ τοσοῦτον ἐγὼ σοφίᾳ προέχειν ἐπίχαρμον,
    ὃν πατρὶς ἐστεφάνωσ᾽ ἅδε συρακοσίων.

LAER. INTERP.

Quàm ſuperat Phaeton ingentis ſydera cœli,
    Quanto uis Pelago maior ineſt fluuijs,
Tantum ego iam dico ſophia præſtare Epicharmum,
    Cui dedit hæc patria florida ſerta comis.

BENTINVS.

Quantum ſol uincit ſublimis ſydera cœli,
    Quanto uis pelago maior ineſt fluuijs,

S    Tan

Tantum ego profiteor ſophia præſtare Epicharmū,
Cui Syracuſa comis patria ſerta dedit.

Εἰς Φιλόλαον.

D. LAERTII.

Τὴν ὑπόνοιαν πᾶσι μάλιστα λέγω θεραπεύειν.
εἰ γὰρ καὶ μὴ δρᾷς, ἀλλὰ δοκεῖς, ἀτυχεῖς.
οὕτω καὶ Φιλόλαον ἀνεῖλε κρότων ποτὲ πάτρη,
ὥς μιν ἔδοξε θέλειν δῶμα τύραννον ἔχειν.

LAER. INTERP.

Suſpicio dico cunctis eſt uſq; cauenda.
Nil agis infœlix, cum uidearis agis.
Patria ſic Croton Philolaum ſuſtulit olim,
Regnum affectantes credula habere manus.

BENT.

Suſpicio haud res eſt minimi, mihi crede, pericli,
Non pecces quicquam, ſi uideare, facis.
Sic Philolae Croton te patria perdidit olim
Te arbitrata trucem uelle tyrannum agere.

MORVS.

Magnā habet in rebus uim ac pondus, opinio. nō ui
Lædere, uelle tamen ſi uideare, peris.
Sic & Philolaum quondam occidere Cretenſes,
Quem falſo credunt uelle tyrannum agere.

Εἰς Ἡράκλειτον.

D. LAERTII.

Πολλάκις ἡράκλειτον ἐθαύμασα, πῶς ποτε τὸ ζῆν
ὧδε διαντλήσας, δύσμορος εἶτ' ἔθανεν.
σῶμα γὰρ ἀρδεύσασα κακὴ νόσος ὕδασι, φέγγος
ἔσβεσεν ἐκ βλεφάρων, καὶ σκότον ἠγάγετο.





LAER. INTERP.

Sæpe ego miratus quondam quonam modo poſſet
Vitæ Heraclitus uiuere difficilis.
Eſt tamen extinctus, cum corpora nanq; rigaſſet
Lympha, diem extinxit, attulit & tenebras.

BENT.

Mecum ego Heraclitum mirabar ſæpe, quòd olim
Sic uitam infœlix hauſit, & inde obijt.
Nam malus oſſa rigans, & aquoſus corpore lāguor
Extincto inuexit lumine mox tenebras.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Ἡράκλειτος ἐγώ. τί με ὦ κάτω ἕλκετ' ἄμουσοι;
οὐχ ὑμῖν ἐπόνουν, τοῖς δέ μ' ἐπισταμένοις.
εἷς ἐμοὶ ἄνθρωπος, τρισμύριοι. οἱ δ' ἀνάριθμοι,
οὐδείς. ταῦτ' αὐδῶ καὶ παρὰ περσεφόνῃ.

LAER. INTERP.

Heraclitus ego, quid me uexatis iniqui?
Non uos, ſed doctos, tam graue quærit opus.
Eſt mihi ſolus homo triginta millia, plures,
Nullus homo, ſtygijs hæc quoq; narro deis.

BENT.

Sum Heraclitus ego, quid me uexatis inepti?
Non uos, ſed doctos, tam graue quærit opus.
Vnus homo eſt nobis id quod ter mille, ſed unus
Vix ſunt innumeri, & manibus hæc recito.

Εἰς Ζήνωνα τὸν ἐλεάτην.

D. LAERTII.

Ἤθελες ὦ Ζήνων καλόν, ἤθελες ἄνδρα τύραννον
κτείνας, ἑλκύσαι δουλοσύνης ἐλέαν.

ἀλλ᾽ ἐδάμης. δὴ γάρ σε λαβὼν ὁ τύραννος ἐν ὅλμῳ
κόψε. τί δ᾽ εἶπον λέγω; σῶμα γὰρ, οὐχὶ δὲ σέ.

LAER. INTERP.

Tu bona quæſiſti crudelis ſcæna tyranni,
Eleus ut populus, libera turba foret.
Fractus es aſt inter mortaria cæde tyranni
Non ego te Zeno, ſed tua membra cano.

BENT.

Fortiter extincto uoluiſti Zeno tyranno
Triſti Eleam patriam ſeruitio excutere.
Victus es infœlix ſæui tamen arte tyranni,
Arreptum qui te contudit ære cauo.

Εἰς Πρωταγόραν.

D. LAERTII.

Καί σε Πρωταγόρη. φάτιν ἔκλυον, ὥς ῥ᾽ ἀθηνῶν
ἔκ ποτ᾽ ἰὼν, καθ᾽ ὁδὸν πρέσβυς ἐὼν ἔθανες.
εἵλετο γάρ σε φυγεῖν κέκροπος πόλις. ἀλλὰ σὺ μὲν που
παλλάδος ἄστυ φύγες. πλουτέα δ᾽ οὐκ ἔφυγες.

LAER. INTERP.

Te quoq; Protagoram redeuntem fertur Athenis
Nigra ſenem media regna periſſe uia.
Cecropis urbs potuit, potuiſti Palladis urbem
Linquere, non potuit ſtyx uiolenta fugi.

BENT.

Te quoq; Protagoram redeuntem fertur Athenis
Iam uetulum media mortem obijſſe uia.
Cecropis urbs potuit, potuiſti Palladis urbem
Linquere non potuit ſtyx uiolenta fugi.

Εἰς Κράτητα ὁμοιόπτωτον τῶν

εἰς



εἰς Σαρδανάπαλον.

Τόσσ᾽ ἔχω, ὅσσ᾽ ἔμαθον, καὶ ἐφρόντισα, καὶ μετὰ μουσῶν
σέμν᾽ ἐδάην. τὰ δὲ πολλὰ, καὶ ὄλβια τύμβος ἔμαρψεν.

BENTINVS.

Tantum habeo quantum didici, quantumq; labore
Percepi, & ſtudio, rapuit ſed cætera faſtus.

Εἰς Ἐπίκτητον, ἰσόψηφον

Λεωνίδου.

Δοῦλος ἐπίκτητος γενόμην καὶ σῶμ᾽ ἀνάπηρος,
καὶ πενίην ἶρος, καὶ φίλος ἀθανάτοις.

GAZA.

Seruus Epictetus fueram qui corpore mancus,
Pauperie preſſus, charus eram ſuperis.

VOLATER.

Seruus Epictetus genitus ſum, corpore claudus,
Paupertate Irus, dijs & amicus ego.

Καλλιμάχου.

Εἶπέ τις ἡράκλειτε τεὸν μόρον. ἐς δέ με δάκρυ
ἤγαγεν. ἐμνήσθην δ᾽ ὁσσάκις ἀμφότεροι.
ἥλιον ἐν λέσχῃ κατεδύσαμεν. ἀλλὰ σὺ μέν που
ξεῖν᾽ ἁλικαρνασεῦ τετράπαλαι σποδιή.
αἱ δὲ τεαὶ ζώουσιν ἀηδόνες. ᾗσιν ὁ πάντων
ἁρπακτὴς ἀΐδης, οὐκ ἐπὶ χεῖρα βαλεῖ.

INTERP. LAER.

Heraclite mihi quidam tua funera dixit
Et ſubito lachrymis immaduere genæ.
Venit & in mentem, quoties acceſſimus ambo
Ad ſolem, ut nobis mutua uerba forent.

Puluis es exiguus nunc hoſpes, ſed tua muſa
Viuit, Plutonis non timet atq; manus.

BENTINVS.

Heraclite mihi quidam tua funera dixit
Et ſubito lachrymis immaduere genæ.
Cum memini longos quoties conſumpſimus ambo
Soles, miſcentes ſeria multa iocis.
Puluis at es tenuis nunc hoſpes, ſed tua muſa
Viuit, Plutonis nec timet illa manus.

Πλάτωνος.

Νῦμ ὅτε μηδὲμ ἄλεξις ὅσομ μόνομ εἶφ' ὅτι καλός,
ὦπται. καὶ πάντη πᾶσι περιβλέπεται.
θυμὲ τί μηνύσεις κυσὶμ ὀστέον; εἶτ' ἀνιήσεις
ὕστερον. οὐχ' οὕτω φαῖδρον ἀπωλέσαμεν.

INTER. LAERTII.

Nunc quoniam nihil eſt quoquò ſe uerterit omnia
Solum quòd pulcher uiſus Alexis ait.
Spiritus os canibus quid monſtras, flereq; cogis
Poſterius. Phædrum non ita perdidimus.

¶ Poſterius diſtichon ſic
BENTINVS.

Quid mi anime os canibus ꝑdis, mox inde moleſtus
Detrectas, Phædrum ſiccine perdidimus?

FINIS EORVM QVAE
EX TERTIO.



CAPITA ΤΜΗΜΑΤΟΣ
τοῦ τετάρτου, ex quibus potiſſimum huc aſcita ſunt
epigrammata.

ΕΙΣ ΕΙΚΟΝΑΣ.


| | | | |
|---|---|---|---|
| Ἀνδρῶν ἀγαθῶν | 280 | Λίθους | 331 |
| Ἀγάλματα ζώων | 282 | Ἄστρον | 332 |
| Ἀρχαίων τινῶν | 290 | Ναοὺς | 344 |
| Ἡρωΐδας | 295 | Ξενοδοχεῖον | 346 |
| Θεῶν | 301 | Ποιητάς | |
| Ἰατρῶν | 325 | Φιλοσόφους | 349 |
| Καιροῦ | 326 | | |

## ΕΙΣ ΕΙΚΩΝΑΣ ΑΝΔΡΩΝ ΑΓΑΘΩΝ.

Εἰς εἰκόνα Γαβριήλου ὑπάρχου ἐν Βυζαντίῳ.

Λεοντίου σχολαστικοῦ.

Καὶ Φαέθων γραφίδεσσιν ἔχει τύπον, ἀλλὰ χαράσσει
ἥλιον τέχνη, κρυπτομένων φαέων.
Καὶ σὲ σοφὲ πολίαρχε γράφει Γαβριῆλε τέχνη,
εἰκὼς σῶν ἀρετῶν, ἐκτὸς ὅλων καμάτων.

IOAN. SLEIDANVS.

Artificis Phaetonta manus ſolemq́; ſerenum
Pingit, non lumen pinxerit illa tamen.
Sic tua deſcribit pictor præſes Gabrieli
Ora, ſed haud mentem pingere quibit iners.

Θεαιτήτου.

Τοῦτον Ἰουλιανὸν νομικῆς φάος, εἶπον ἰδοῦσαι
Ῥώμη καὶ Βερόη, πάντα φύσις δύναται.

ALCIATVS.

Iulianum Beroe leges mirata docentem:
Romaq́;, dijs poſſunt omnia, dixit, agi.

Εἰς εἰκόνα Καλλινίκου κουβικουλαρίου.

Λεοντίου σχολαστικοῦ.

Κάλλει μὲν νικᾷς κραδίης πόσον, ὅσσον ὀπωπῆς.
Τῆς γὰρ ἐπωνυμίης ἄξια πάντα φέρεις.
αἰεὶ δ' ἐν θαλάμοισι κατευνάζων βασιλῆα,
πᾶσαν ὀποσπείρεις οὖασι μειλιχίην.

IOAN. VENATORIVS.

Quanta



Quanta tibi formæ, tanta eſt quoq; gratia mentis,
Cuncta refers etenim nomine digna tuo,
Dum blando in thalamis regem, varioq́; ſuſurro
Demulcens ſomnum ſemper inire doces.

Εἰς εἰκόνα Βερενίκης.

Ἀσκληπιάδου. οἱ δὲ, Ποσειδίππου.

Κύπριδος ἅδ' εἰκών. φέρ' ἰδώμεθα, μὴ Βερενίκας.
διστάζω ποτέραν φῇ τις ὁμοιοτέραν.

ALCIATVS.

Ambigo an hæc Veneris ſit imago, uel Berenices,
Sit mage utri ſimilis, hoſpes amice refer.

Εἰς εἰκόνα Ἰουστινιανοῦ βασιλέως.

Ἀντιπάτρου.

Ζηνὶ, καὶ Ἀπόλλωνι, καὶ Ἄρεϊ, τέκνον ἀνάκτων
εἴκελον εὐκταίῃ μητρὸς ἐν τοκίῃ.
πάντα τοι ἐκ μοιρέων βασιλήϊα, πάντα τέλεια
ἦλθεν. ἐποιήθης δ' ἔργον ἀοιδοπόλων.
Ζεὺς σκῆπτρον βασίλειον, Ἄρης δόρυ, καλλοσύνην δὲ
Φοῖβος ἔχει, παρὰ σοὶ δ' ἀθρόα πάντα κότυ.

IOAN. SLEIDANVS.

Cum Ioue, cum Phœbo, par eſt cum Marte poteſtas
Regia progenies Iuſtiniane tibi.
Maxima quæq; tibi uenerunt numine diuûm
Carmine doctiloqui nunc celebrande uiri.
Iuppiter eſt ſceptro inſignis, Mars cuſpide, Phœbus
Cognitione, Sed hæc ſunt data cuncta tibi.

Εἰς ἄγαλμα Φιλίππου.

Ἡ θεὸς ἦλθ' ἐπὶ γῆν ἐξ οὐρανοῦ εἰκόνα δείξων

φειδίᾳ, ἢ σύ γ' ἔβης τὸν θεὸν ὀψόμενος.

C. VRS. VELIVS.

Aut deus è cœlo Phidiæ affuit ante uidendus,
Aut hic ſpectatum uenit in aſtra deum.

Ἀδήλου.

Οὐκ ἀδαὴς ἔγραψε Κίμων τάδε, παντὶ δ' ἐπ' ἔργῳ
μῶμος, ὃν οὐδ' ἥρως Δαίδαλος ἐξέφυγεν.

IO. SLEIDANVS.

Eſt opere in nullo non Momus teſte Cimone,
Hunc tamen haud fugit Dædalus ipſe quidem.

ΕΙΣ ΑΓΑΛΜΑΤΑ ΖΩΩΝ.

Εἰς τὴν Μύρωνος βοῦν.

In Myronis bouem multa ſunt multorum epigrammata, nos ut miræ pateant experientiæ, omnia ordine ſubijciemus.

Βοίδιόν εἰμι Μύρωνος. ἐπὶ στήλης δ' ἀνάκειμαι.
Βουκόλε, κεντήσας εἰς ἀγέλην μ' ἄπαγε.

Εἰς τὸ αὐτό.

Τίπτε Μύρων με τὸ βοίδιον ἐνταυθοῖ παρὰ βωμοῖς
ἵδρυσας; οὐκ ἔθελες εἰσαγέμεν μέγαρον;

Ἀνακρέοντος.

Βουκόλε τὰν ἀγέλαν πόρρω νέμε, μὴ τὸ Μύρωνος
βοίδιον ὡς ἔμπνουν βουσὶ συνεξελάσῃς.

AVSONIVS.

Aut artem inter uos mutate, aut nomen, iniquũ eſt.
Alter ab alterius nomen ut arte ferat.

Εἰς Ὀριβάσιον ἰατρόν.

Ἰητὴρ μέγας οὗτος Ἰουλιανοῦ βασιλῆος
ἄξιος εὐσεβίης δῖος Ὀριβάσιος.
εἶχε γὰρ οἷα μέλισσα σοφὸν νόον, ἄλλοθεν ἄλλα
ἰητρῶν προτέρων ἄνθεα δρεψάμενος.

LODO. IAVSSERANDVS.

Iuliani regis medicus celeberrimus hic eſt
Diuus Oribaſius dignus honore coli.
Prouidus inſtar apis, ueterum monumenta pererrãs
Ex uarijs unum nobile ſcripſit opus.

Εἰς ἄγαλμα τοῦ ΚΑΙΡΟΥ,
Ποσειδίππου.

Τίς; πόθεν ὁ πλάστης; σικυώνιος. οὔνομα δὴ τίς;
Λύσιππος. σὺ δὲ, τίς; Καιρὸς ὁ πανδαμάτωρ.
τίπτε δ' ἐπ' ἄκρα βέβηκας; ἀεὶ τροχάω. τί δὲ ταρσοὺς
ποσσὶν



ποσσὶν ἔχεις διφυεῖς; ἵπταμ' ὑπηνέμιος.
χειρὶ δὲ δεξιτερῇ τί φέρεις ξυρόν; ἀνδράσι δεῖγμα,
ὡς ἀκμῆς πάσης ὀξύτερος τελέθω.
ἡ δὲ κόμη, τί κατ' ὄψιν; ὑπαντιάσαντι λαβέσθαι.
νὴ Δία τ' ἐξόπιθεν, πρὸς τί φαλακρὰ πέλει;
τὸν γὰρ ἅπαξ πτηνοῖσι παραθρέξαντά με ποσσὶν,
οὔτις ἔθ' ἱμείρων δράξεται ἐξόπιθεν.
τοῖον ὁ τεχνίτης με διέπλασεν εἵνεκεν ὑμέων
ξεῖνε, καὶ ἐν προθύροις θῆκε διδασκαλίην.

ERSAMVS.

Quæ patria artificis? Sicyon. quo nomine? nomen
Lyſippo dictum eſt, ipſe quis es? loquere.
Illa ego cuncta domans Occaſio. cur age pinnis
Inſiſtis? uoluorq;, ac rotor aſſidue.
Cur gemina in pedibus geſtas talaria? dicam.
Huc illuc uolucrem me leuis aura rapit.
Quid dextræ ſibi uult inſerta nouacula? ſignum hoc
Quòd quauis acie ſim mage acuta, docet.
Tecta capillitio facies quid nam admonet? illud
Quiſq; uti me, quoties offeror, arripiat.
Cur autem capitis pars poſticaria caluet?
Quem ſemel alatis præterij pedibus,
Is quanquam uolet inde cito me prendere curſu,
Haud liceat ſimul ac uertero terga uiro.
Hac itaq;, idq; tua me finxit imagine cauſa
Hoſpes ſcalptoris ingenioſa manus.
Spectandamq; domus hic prima in fronte locauit,
Scilicet, ut cunctos & moneam & doceam.

MORVS.

Vnde erat hic plaſtes? Sicyonius. at quis erat? dic.
  Lyſippus. tu quis? tempus ego omne domans.
Cur ſummis inſtas digitis? roto ſemper. at alas
  Cur pedibus geſtas? ut leuis aura feror.
At dextram cur armat acuta nouacula? ſignum eſt,
  Quòd conferri acies non potis ulla mihi eſt.
Cur coma frõte iacet? quòd qui me prendere captat,
  Præueniat. caluum eſt cur tibi retro caput?
Quòd poſtquam leuibus præceps effugero pennis,
  Nil aget à tergo qui reuocare uolet.
Vnde igitur poſſes documentum ſumere, talem
  Artificis poſuit me tibi docta manus.

ALCIATVS.

Lyſippi hoc opus eſt, Sycion cui patria: tu quis?
  Cuncta domans capti temporis articulus.
Cur pinnis ſtas? uſq; rotor: talaria plantis
  Cur retines? paſſim me leuis aura rapit.
In dextra eſt tenuis dic unde nouacula? acutum
  Omni acie hoc ſignum me magis eſſe docet.
Cur in fronte coma? occurrens ut prendar: at heus tu
  Dic cur pars calua eſt poſterior capitis?
Me ſemel alipedem ſi quis permittat abire,
  Ne poſſim apprenſo poſt modò crine capi.
Tali opifex nos arte, tui cauſa, ædidit hoſpes,
  Vtq; omnes moneam, pergula aperta tenet.

AVSONIVS.

Cuius opus? Phidiæ. qui ſignum Pallados, eius
  Quiq; Iouem fecit, tertia palma ego ſum.
Sum dea quæ rara, & paucis Occaſio nota.
  Quid rotulæ inſiſtis? ſtare loco nequeo.

Quid



Quid talaria habes? uolucris ſum. Mercurius quæ
  Fortunare ſolet, tardo ego cum uolui.
Crine tegis faciem? cognoſci nolo. ſed heus tu
  Occipiti caluo es? ne tenear fugiens.
Quæ tibi iuncta comes? dicat tibi. dic rogo, quæ ſis?
  Sum dea, cui nomen nec Cicero ipſe dedit.
Sum dea, quæ facti, non factiq; exigo pœnas.
  Nempe ut pœniteat, ſic Metanœa uocor.
Tu modo dic quid agat tecum? ſi quando uolaui
  Hæc manet: hanc retinent quos ego præterij.
Tu quoq; dum rogitas, dum percuntando moraris,
  Elapſam dices me tibi de manibus.

¶ Eſt huic non abſimile in FAVOREM
pictum ab Apelle per B.
DARDANVM.

Pictor Apellea quid pingis ab arte Fauorem?
  Vnde illi generis ſemina nota parum?
Hic genitum forma: fortunæ hic iactat alumnum:
  Caſu ille, ille animi dotibus, eſſe ſatum.
Qui comes aſſiduus lateri? aſſentatio. & ecque
  Ponè ſubit lentis paſſibus? inuidia.
Ecqui circumſtant? opulentia, faſtus, honores,
  Legesq;, & ſcelerum ſæpe libido parens.
Cur facis aligerum? fortunæ elatus ab aura
  Aduolat alta, imo neſcius eſſe gradu.
Quare oculis captum pingis? non nouit amicos
  Improbus ex humili, quum petit alta loco.
Quid rotulæ inſiſtit? fortunam imitatur & infert
  Se ſocium, inſtabiles quà tulit illa pedes.
Cur tumet, atq; extra ſeſe ambitioſius effert?

X 5 Obeæ

Obcæcare animos fata ſecunda ſolent.

¶Et hoc in AMOREM

MARVLLI.

Quis puer hic? Veneris. plenę quę cauſa pharetræ eſt?
Non bene prouiſus certa quòd arma mouet.
Cur ſine ueſte deus? ſimplex puer odit opertum.
Vnde puer? pueros quòd facit ipſe ſenes.
Quis pennas humeris dedit? inconſtantia. quare
Nulla deo frons eſt? ſigna inimica fugit.
Quæ ſors eripuit lucem? immoderata libido.
Cur macies? uigilis cura, dolorq́; facit.
Quis cæcum præit? ebrietas, ſopor, otia, luxus.
Qui comites? rixæ, bella, odia, obprobrium.
Qui cœlo dignati? homines: quæ cauſa coegit?
Mitior autore eſt credita culpa deo.
Heu curuum genus, & ueri corda inſcia: quo ius
Fasq́;? ſcelus miſeri ſi ſcelere abluimus.

Εἰς εἰκόνα Μαρίας τῆς κιθαρῳδοῦ.

Παύλου Σιλεντιαρίου.

Πλῆκτρον ἔχει φόρμιγγος. ἔχει καὶ πλῆκτρον ἔρωτος
κρούει δ' ἀμφοτέροις καὶ φρένα, καὶ κιθάρην.
τλήμονες, οἷσιν ἄγναμπτον ἔχει νόον. ὧν δ' ἐπινεύσει
ἄλλος ὅδ' ἀγχίσης, ἄλλος ἄδωνις ὅδε.
εἰ δ' ἐθέλεις ὦ ξεῖνε καὶ ἀμφιβόητον ἀκοῦσαι
οὔνομα, καὶ πάτρην, ἐκ φαρίης, Μαρίη.

C. VRS. VELIVS.

Plectra mouet cytharæ, ſtimulumq́; exercet amoris,
Atq; animum, atq; lyræ pulſat utroq; fides.
O miſeros quoſcunq; odit, cui riſerit autem

Alter



Alter hic Anchiſes, alter Adonis hic eſt.
Cuius aues hoſpes clarum ſi noſcere nomen
Et patriam, Marie eſt nobilis è Pharia.

ΕΙΣ ΛΙΘΟΥΣ.

Πλάτωνος.

Εἰκόνα πέντε βοῶν μικρὴ λίθος εἶχεν ἴασπις,
ὡς ἤδη πάσας ἔμπνοα βοσκομένας.
καὶ τάχα κἂν ἀπέφευγε τὰ βοίδια. νῦν δὲ κρατεῖται
τῇ χρυσῇ μάνδρῃ τὸ βραχὺ βουκόλιον.

IDEM.

Quinq; boum effigies artantur Iaſpide parua,
Quæ prope uiuarum pabula more petunt.
Inq́; fugam ruerent, niſi clauſas arte iuuencas
Exiguum teneant aurea ſepta gregem.

Εἰς δακτύλιον.

Ἀρχίου.

Τὰς βοῦς, καὶ τὸν ἴασπιν ἰδὼν περὶ χειρὶ, δοκήσεις
τὰς μὲν ἀναπνείειν, τὸν δὲ χλοηκομέειν.

IDEM.

Bubus in articulo uiſis & Iaſpide, credes
Illas ſpirare, hanc gramina ferre noua.

Πλάτωνος.

Εἷς λίθος, ἅρμ', ἐλατὴρ, ἵπποι, ζυγὸν, ἡνία, μάστιξ.

IOAN. SOTER. (gellum.

Saxum unū auriga, eſſedū, equi eſt, iugū, habena, fla

¶Ad huius imitationem confinxit
Græcum diſtichon

AVSONIVS.

αἶξ

αἴξ, χίμαρος, πήρη, ποιμὴν, ῥαβδοῦχος, ἐλαίη,
εἷς λίθος ἐκ πάντων λιτὸς ἐγὼ Κορύδων.

BERGIVS.

Paſtor, capra, pedum, caper, & cum carmine, pera,
Omnibus his Corydon ſum lapis unus ego.

ΕΙΣ ΛΟΥΤΡΟΝ.

Ἢν ποπαρὸς φιλέεσκες Ἄρες, σκοπίαζε Κυθήρην
ἐνθάδε λουομένην νάμασι φαιδροτάτοις.
δέρκεο νηχομένην. μὴ δείδιθι. οὐ γὰρ Ἀθήνην
παρθένον εἰσοράας, οἷά τε Τειρεσίας.

ARNOL. VESALIEN.

Quam prius arſiſti, Mars contemplare Cytheram
Purgantem uitreis nobile corpus aquis.
Vt natet aſpicias, nihil exhorreſce, pudicam
Non fugit ut quondam Pallada Tireſias.

Εἰς τὸ αὐτό.

Ἢ ποῖον κυθέρειαν ὕδωρ τέκεν, ἢ Κυθέρεια
ποῖον ἔτευξεν ὕδωρ, ὃν χρόα λουσαμένη.

IDEM

Nimirum Venerem talis uel protulit unda,
Vndam uel talem reddidit alma Venus.

Εἰς ἕτερον ἐν Βυζαντίῳ.

Λωτὸν ἐρεπτομένους, προτέρων οὐ ψεύσατο μῦθος.
πίστιν ἀληθείης τοῦτο τὸ λουτρὸν ἔχει.
εἰ γὰρ ἅπαξ καθαροῖσι λοέσσεται ὕδασιν ἀνὴρ,
οὐ ποθέει πάτρην, οὐκ ἐθέλει γενέτας.

C. VRS. VELIVS.

Nil deguſtata mentita eſt fabula Loto.



Iam ueri faciunt iſta lauacra fidem.
Nam ſemel is qui lauit aquis, non deinde parentum,
Nec deſiderio tangitur hic patriæ.

IO. SLEIDANVS.

Fabula, Lotophagos quæ narrat, fabula non eſt.
Huic etenim faciunt iſta lauacra fidem.
Si ſemel illorum ſe uir perfuderit undis,
Non cupit in patrias inde redire domos.

Εἰς τὸ αὐτό.

Κύπρις, ἔρως, χάριτες, νύμφαι, Διόνυσος, Ἀπόλλων,
ὤμοσαν ἀλλήλοις ἐνθάδε ναιετάειν.

IOAN. SOTER.

Cypris, amor, charites, nymphę, Bacchusq; & Apollo
Iuraunt ſeſe heic uelle habitare ſimul.

Εἰς τὸ αὐτό.

Ἀθάνατοι λούονται, ἀνοιγομένου βαλανείου.
πέμπτῃ δ' ἡμίθεοι, μετέπειτα δὲ, ἤματα πάντα.

¶ Libet hoc loco, quando ad lauacra uentum eſt, aſcribere hymnũ Callimachi elegantiſſimum εἰς λουτρὰ τῆς Παλλάδος quem Angelus Politianus elegantiſſime latinitate donauit.

## ΚΑΛΛΙΜΑΧΟΥ.

Οσαι λωτροχοοι τας Παλλαδος εξιτε πασαι.
 Εξιτε ταν ιππων αρτι φρυασσομεναν
Ταν ιεραν εσακουσα. και αθεος ευτυκος ερπει.
 Ξουθε νυν ω ξανθαι, ξουθε πελασγιαδες.
Ου ποκ αθαναια μεγαλως απενιψατο παχεις
 Πριν κονιν ιππειαν εξελασαι λαγονων
Ουδ οκα δη λυθρω πεπαλαγμενα παντα φερουσα
 Τευχεα των αδικων ηνθ απογη, γενεων.
Αλλα πολυ πρατιστον υφαρματος αυχενας ιππων
 Λυσαμενα παγαις εκλυσεν ωκεανω,
Υδρω και ραθαμιγγας, εφοιβασεν δε παγεντα
 Παντα χαλινοφαγων αφρον απο στοματων
Ωιταχ αιϊαδες και μη μυρα, μη δ αλαβαστρως
 Συριγγων αϊω φθογγον υπαξονιον
Μη μυρα λωτροχοοι τα, παλλαδι μη δ αλαβαστρως
 Ου γαρ αθαναια χριματα μικτα φιλει.
Οισετε μηδε κατοπτρον. αει καλον ομματο τηνας,
 Ουδ οκα ταν ιδαν φρυξ εδικαστεν εριν.
Ουδ ες ορειχαλκον μεγαλα θεος ουδε σιμουντος
 Εβλεψεν διναν ες διαφαινομενην.
Ουδ ηρη, κυπρις δε διαυγεα χαλκον ελοισα
 Πολλακι ταν αυταν δις μετεθηκε κομαν.
Αδεδις εξηκοντα διαθρεξασα διαυλως
 Οια παρ ευρωτα, τοι λακεδαιμονιοι
Αστερες, εμπεραμως ετριψατο λιτα λαβοισα
 Χριματα τας ιδιας εκγονα φυταλιας.

Ω κω



## POLITIANVS.

ITe foras agedum, quæcunq; liquentibus undis
 Membra lauaturæ Pallados, ite foras.
Ipſa uenit, fremitus ſacrorum audimus equorum,
 Ite agedum flauæ, ò ite Pelaſgiades
Non prius ingentes lauit ſibi diua lacertos,
 Ilia quàm abſterſit puluere cornipedum.
Nec tum quando armis multa iam cæde cruentis
 Venit ab iniuſtis horrida terrigenis.
Tum quoq; equûm ſubducta iugis fumantia colla
 Perfudit largi fontibus Oceani,
Dum ſudor, guttæq́; putres, dumq́; omnis abiret
 Spuma oris circum manſa lupata rigens:
Ite ò Achiuæ, ſed non unguenta, aut alabaſtros,
 Audio certe ipſum ſtridulum ab axe ſonum.
Palladi lotrices non unguenta, aut alabaſtros,
 Nulla etenim diuæ huic unguina miſta placent.
Ferte nec huic ſpeculum: uultu eſt pulcherrima ſemper,
 Nam nec in Ida olim iudice ſub Phrygio,
Se uel orichalco, magna hæc dea, uel Simoentis
 Spectauit, quanquam uertice perſpicuo.
Nec Iuno, ſed ſola Venus, ſe ſplendido in ære
 Vidit, eandem iterum diſpoſuitq́; comam.
Bis ſexaginta ſpatijs uerum incita curſu,
 Stellæ apud Eurotam ceu Lacedæmoniæ,
Perfricuit tantum pingui ſe diua liquore,
 De baccis, arbor quem ſua protulerat:

O pue-

Ω κωραι, το δ' ερευθος ανεδραμε πρωϊον, οιαν
  Η ροδον η σιβδης κοκκος εχει χροΐην.
Τωι και νυν αρσεν τι κομισατε μουνον ελαιον
  Ωι καστωρ ωι και χριεται ηρακλεης.
Οισετε και κτενα οι παγχρυσεων ως απο χαιταν
  Πεξηται λιπαρον σμαξαμενα πλοκαμον
Εξιθ αθαναια παρα τοι καταθυμιος ιλα
  Παρθενικαι μεγαλων παιδες ακεστοριδαν
Ω θανα, φερεται δε και α διομηδεος ασπις,
  Ως εθος αργειων τουτο παλαιοτερον.
Ευμηδης εδιδαξε τειν κεχαρισμενος ιρευς.
  Ος ποτε βουλευτον γνους επι οι θανατον
Δαμον ετοιμαζοντα φυγας, τεον ιρον αγαλμα
  Ωιχετ εχων. κρειον δ' εις ορος ωικισατο
Κρειον ορος. σε δε δαιμον απορρωγεσιν εθηκεν
  Εν πετραις. αις νυν ουνομα παλλατιδες
Εξιθ αθαναια περσεπτολι χρυσεοπηληξ
  Ιππων και σακεων αδομενα παταγωι.
Σαμερον υδροφοροι μη βαπτετε. σαμερον αργος
  Πινετ απο κραναν μηδ' απο των ποταμων
Σαμερον ω δωλαι τας καλπιδας ες φυσαδειαν
  Η ες αμυμωνην οισετε ταν δαναω
Και γαρ δη χρυσωι τε και ανθεσιν υδατα μιξας
  Ηξει φορβαιων ιναχος εξορεων .
Ταθανα το λοετρον αγων καλον. αλλα πελασγε,
  Φραζεο μη ουκ εθελων ταν βασιλειαν ιδηις
Οσκεν ιδηι γυμναν ταν παλλαδα ταν πολιουχον

Τωρ



*O pueræ emicuit rubor illico, matutina*
  *Quem roſa, quem grano punica mala ferunt.*
*Ergo marem nunc tantum olei quoq; ferte liquorem,*
  *Quo ſe unguit Caſtor, quo amphitryoniades.*
*Ferte etiam ſolido ex auro, quo pectine crines*
  *Explicet, & pinguem cæſariem dirimat.*
*Exi age iam ò Pallas, præſto tibi uirgineus grex*
  *Natæ magnorum chorus Aceſtoridum.*
*O Pallas, quin iam clypeus Diomedis & ipſe*
  *Fertur, ut Argiuum mos uetus obtinuit.*
*Eumedes docuit, meditans tibi grata ſacerdos,*
  *Cum in ſe compoſito cerneret interitu*
*Ire malam ſortem, fugit quippe ille, tuamq;*
  *Ad montem Crion ſuſtulit effigiem:*
*Ad montem Crion, tum abruptis impoſuit te*
  *Cautibus, haſq; uocant nunc quoq; Pallatidas.*
*Exi age quæ expugnas urbes, cuiq; aurea cordi*
  *Caßis, equumq; fremor, cum ſonitu clypeûm.*
*Vos hodie undiferæ ne tinguite, uos hodie Argos*
  *Fontibus ex ipſis, non fluuijs bibite.*
*Vos hodie ancillæ ferte urnas ad Phyſadean,*
  *Aut ad Amymonen progeniem Danai.*
*Nanq; auro & multis permiſtus floribus undas*
  *Defluet è lætis Inachus ipſe iugis,*
*Et purum feret huic laticem. caue tu ergo Pelaſge,*
  *Ne nudam imprudens aſpicias dominam.*
*Aſpiciet nudam qui Pallada, quæ tenet urbem,*

Y *Vltra*

Τωργος εσοψειται τουτο πανυστατιον.
Ποτνι αθαναια συ μεν εξιθι μεσφα δ' εγω τι
Ταις δ' ερεω. μυθος δ' ουκ εμος αλλ' ετερων.
Παιδες. αθαναια νυμφαν μιαν εν ποκα θηβαις
Πουλυ τι και περι δη φιλατο ταν εταραν
Ματερα τειρεσιαο, και ου ποκα χωρις εγεντο
Αλλα και αρχαιων ευτ' επι θεσπιεων
Η 'πι κορωνειας η εις αλιαρτον ελαυνε
Ιππους βοιωτων εργα διερχομενα.
Η 'πι κορωνειας ινα οι τεθυωμενον αλσος
και βωμοι ποταμω κειντ' επι κουραλιω.
Πολλακις α δαιμων μιν εω επεβασατο διφρω
Ουδ' οαροι νυμφαν ουδε χοροστασιαι
Αδειαι τελεθεσκον οθ' ουχ ηγειτο χαρικλω.
Αλλ' ετι και τηναν δακρυα πολλ' εμενε,
Και περ αθαναια καταθυμιον εισαν εταιραν
Δη ποτε γαρ πεπλων λυσαμενα περονας.
Ιππω επι κρανα ελικωνιδι καλα ρεοισαι
Λωντο. μεσαμβρινα δ' ει χορος ασυχια.
Αμφοτεραι λωοντο. μεσαμβριναι δ' εσαν ωραι
Πολλα δ' ασυχια τηνο κατειχεν ορος.
Τειρεσιας δ' ετι μουνος αμα κυσιν αρτι γενεια
Περκαζων ιερον χωρον ανεστρεφετο
Διψασας δ' αφατον τι ποτι ροον ηλυθε κρανας
Σχετλιος ουκ εθελων δ' ειδε τα μη θεμιδες.
Τον δε χολωσαμενα περ ομως προσεφασεν αθανα
Τις σε, τον οφθαλμως ουκ ετ' αποισομενον,

Ω ευ



*Vltra iam hoc Argos cernere non poterit.*
*Iam ueneranda exi Pallas, dum quiddam ego iſtis*
*Dicam, nec meus hic ſermo, ſed alterius.*
*Vnam olim ò pueræ Thebis dea Pallas amabat*
*Nympham, præ cunctis quas habuit comites,*
*Matrem Tireſiæ, nunquamq; fuere ſcorſum,*
*Sed ſiue ad ueterum mœnia Theſpiadum,*
*Siue Coroneas, ſeu tenderet illa Haliarton*
*Bœotum uiſens uecta iugis populos,*
*Siue Coroneas, ubi pulcher odoribus halat*
*Lucus, ubi ara ipſi Curalium ad fluuium:*
*Sæpe illam curru ſecum dea uexit eodem.*
*Nullaq; Nympharum colloquia, aut Thyaſi*
*Grata fuere ſatis, niſi præforet ipſa Chariclo.*
*Verum & ei multæ debitæ erant lachrymæ,*
*Quamuis chara comes magnæ foret uſq; Mineruæ.*
*Nam ſe olim peplis utraq; depoſitis*
*Dum lauat in lymphis Heliconidos Hippocrenes,*
*Vtq; die uacuus mons tacet in medio.*
*Dum lauat ergo utraq;, & mediæ ſunt tempora lucis,*
*Dumq; eſt in toto plurima monte quies,*
*Tireſias unus canibus comitantibus ibat*
*Per loca ſacra, leui flore genas nitidus,*
*Immenſamq; ſitim cupiens releuare, petito*
*Fonte, uidet quæ non cernere fas homini.*
*Hic irata licet ſic illum affata Minerua eſt,*
*Quis te non ullis iam rediturum oculis,*

Y 2 O Eue

Ω ευκρειδα χαλεπην οδον αγαγε δαιμων
  Α μεν εφα παιδος δ' ομματα νυξ εβαλεν.
Εσταθη δ' αφθογγος εκολλασαν γαρ ανιαι
  Γωνατα. και φωναν εσχεν αμηχανια.
Α νυμφα δε βοασε, τι μοι τον κωρον ερεξας
  Ποτνια. τοιαυται δαιμονες εστε φιλαι.
Ομματα μοι του παιδος αφειλεο. τεκνον αλαστε
  Ειδες αθαναιας στηθεα και λαγονας
Αλλ ουκ αελιον παλιν οψεαι ω εμε δειλαν
  Ω ορος ω ελικων ουκετι μοι παριτε.
Η μεγαλ αντ ολιγων επραξαο. δορκας ολεσας
  Και προκας ου πολλας, φαεα παιδος εχεις.
Α μεν επ αμφοτεραισι φιλον περι παιδα λαβοισα
  Ματηρ μεν γοερων οιτον αηδονιδων.
Αγε βαρυ κλαιουσα θεα δ' ελεησεν εταιραν
  Και μιν αθαναια προς τοδ' ελεξεν επος.
Δια γυναι μετα παντα βαλευ παλιν οσσα δι οργαν
  Ειπας, εγω δ' ουτοι τεκνον εθηκα λαον.
Ου γαρ αθαναια γλυκερον πελει ομματα παιδων
  Αρπαζειν. κρονιοι δ' ωδε λεγοντι νομοι.
Οσκε τιν αθανατων οκα μη θεος αυτος εληται
  Αθρησει, μισθω τουτον ιδειν μεγαλω.
Δια γυναι το μεν ουπαλιν αγρετον αυθι γενοιτο
  Εργον επει μοιραν ωδ' επενευσε λινα,
Ανικα το πρωτον νιν εγεινατο. νυν δε κομιζευ
  Ω ευηρειδα τελθος οφειλομενον
Οσσα μεν ακαδμεις ες υστερον εμπυρα καυσει.

Οσσα



*O Euerida malus hæc deus in loca duxit?*
*Sic ait: at pueri lumina mox pepulit.*
*Aſtitit, obticuit, dolor illi ut glutine uinxit*
*Genua, ſonum tenuit uocis inops animus.*
*At nympha exclamans. quid nato ait ò dea factum eſt?*
*Nunquid ueſtra deæ talis amicitia?*
*Lumina mi pueri rapuiſti, pectora nate*
*Vidiſti infœlix Pallados iliáq;*
*At non & ſolem cernes iterum, heu miſera ò mons*
*O Helicon rurſum non peragrande mihi.*
*Magna nimis paruis mutas, qui lumina nati*
*Pro ceruis paucis dorcadibusq; habeas.*
*Sic puerum ambobus charum complexa lacertis*
*Mater, flebilium carmen Aedonidon*
*Triſte gemens iterat: ſed enim miſerata Mineruæ*
*Tunc ſociam uerbis talibus alloquitur.*
*Dia, inquit, mulier, uerte hæc quæ protulit ira.*
*Non per me captus luminibus puer eſt,*
*Nam pueris auferre oculos haud dulce Mineruæ,*
*Verum Saturni legibus hæc rata ſunt,*
*Vt quicunq; deum aſpiciat, niſi iuſſerit ipſe,*
*Mercede ingenti ſcilicet aſpiciat.*
*Dia igitur mulier fieri hæc infecta nequit res,*
*Quippe ita Parcarum fila uoluta manu,*
*Aeditus ut primum puer eſt, ſed tu accipe contra*
*O Euerida quod maneat pretium.*
*Munera Cadmeis pro quanta adolebit in ignes*

 Quam

Οσσα δ' αρισταιος τον μονον ευχομενοι
Παιδα τον αβαταν ακταιωνα τυφλον ιδεσθαι
Και τηνος μεγαλας συνδρομος αρτεμιδος
Εσσεται, αλλ ουκ αυτον ο τε δρομος αι τ' εν ορεσσι
Ρυσευνται ξυναι ταμος εκυβολιαι.
Οππο ταν ουκ εθελων περ ιδη χαριεντα λοετρα
Δαιμονος. αλλ αυται τον πριν ανακτα κυνες
Του τα κιδειπνησευντι. τα δ' υιεος οστεα ματηρ
Λεξειται δρυμως παντας επερχομενα
Ολβισταν ερεει σε και ευαιωνα γενεσθαι
Εξ ορεων αλαον παιδ' υποδεξαμεναν
Ω εταρα τω μη τι μινυρεο τω δε γαρ αλλα
Τευ χαριν εξ εμεθεν πολλα μεν ευντι γερα
Μαντιν επει θησω νιν αοιδιμον εσσομενοισιν,
Η μεγα των αλλων δη τι περισσοτερον.
Γνωσειται δ' ορνιθας ος αισιος, οι τε πετονται
Ηλιθα και ποιων ουκ αγαθαι πτερυγες
Πολλα δε Βοιωτοισι θεοπροπα, πολλα δε καδμω
Χρησει και μεγαλοις υστερα λαβδακιδαις
Δωσω και μεγα βακτρον ο οι ποδας ες δεον αξει
Δωσω δε βιοτου τερμα πολυχρονιον
Και μονος ευτε θανη, πεπνυμενος εν νεκυεσσι
Φοιτασει. μεγαλω τιμιος αγεσιλαο.
Ως φαμενα, κατενευσε το δ' εντελες, ω κ' επινευση
Παλλας. επει μουνα ζευς τογε θυγατερων
Δωκεν αθαναια πατρωϊα παντα φερεσθαι
Λωτροχοοι. ματηρ δ' ουτις ετικτε θεαν.

Αλλα



Quanta & Ariſtæus, uotáq; ſuſcipient,
Natus ut impubes Actæon, unicus illis
Tantum oculis careat: nanq; erit & Triuiæ
Concurſor, ſed non curſus, non æmulus illum
Tela, arcus iaciens montibus eripiet,
Cum diuam (licet inuitus) ſe fonte lauantem
Viderit. At fiet qui modo erat dominus,
Eſca ſuis canibus. Sed enim nemora omnia luſtrans
Dum genitrix nati colliget oſſa ſui,
Tunc te fœlicem, tunc dixerit eſſe beatam,
Cui mons uel cæcum reddiderit puerum.
Parce queri mea grata comes, nam plurima contra
Huic ego te propter præmia contribuam,
Eſſe dabo egregium uatem, quem protinus omnis
Perpetuo celebret nomine poſteritas,
Cognoſcet uolucrum quæ proſpera, quæćq; uolatu
Irrita, cuius item triſte ſit augurium.
Plurima Bœotis oracula, plurima Cadmo
Hic canet, & magnis plurima Labdacidis.
Huic ingens baculum dabo, quod ueſtigia ducat
Quà uelit, huic uitæ tempora longa dabo,
Mox & honoratus Diti, colet infera regna,
Inter & extinctos unicus hic ſapiet.
Adnuit his Pallas dictis, quodq; adnuit illa
Perficitur, ſoli Iuppiter hoc tribuit
Natarum è turba, quæ ſint patris omnia ferre
Lotrices, mater nulla deam peperit.

Αλλα Διος κορυφα, κορυφα Διος ωκεπινευς.
θυγατηρ,
Ερχετ αθαναια νυν ατρεκες. αλλα δ' εχεσθε
Ταν θεον ω κωραι τωργος οσαις μελεται
Συν τ' ευαγοριας συν τ' ευγμασι συν τ' ολολυγαις.
Χαιρε θεα. καδευ αργεος ιναχιω.
Χαιρε και εξελαοισα και ες παλιν αυτις ελασσαις
Ιππως και δαναων κλαρον απαντα σαω.

Εἰς ἕτερον λουτρὸν
μικρόν.
Μὴ νεμέσα βαιοῖσι. χάρις βαιοῖσιν ὀπηδεῖ.
Βαιὸς καὶ Παφίης ἔπλετο κοῦρος ἔρως.

IO. SLEIDANVS.
Paruula ne contemnito, ineſt ſua gratia paruis,
Filius eſt Veneris ſic quoq; paruus, Amor,

IANVS LASCARIS.
Paruula ne temnas, paruis nam gratia iuncta eſt,
Paruulus & Paphiæ filius ales Amor.

ΕΙΣ ΝΑΟΥΣ.

Εἰς ναὸν τοῦ Διὸς κτισθέντα παρὰ
κεκροπιδῶν.
Αὐτοῦ Ζηνὸς ὅδ' οἶκος ἐπάξιος. οὐδέ γ' ὄλυμπος
μέμψεται οὐρανόθεν Ζῆνα κατερχόμενον.

IO. SLEIDANVS.
Iſta quidem digna eſt Ioue regia, Iuppiter iſtuc
Si migret, fuerit uana querela poli.

Εἰς



*Immo Iouis uertex, uertex Iouis omnia nutu*
*Perficit, & natæ prorſus idem licitum eſt.*
*En uere nunc Pallas adeſt. Eia ergo puellæ*
*Quis Argos curæ eſt, ite deam accipite,*
*Cumq; bonis uerbis, & cum prece, cumq; ululatu.*
*Salue ô diua, urbem protege, & Inachiam,*
*Salue hinc abſcedens, iterumq; huc flecte iugales,*
*Ac rebus Danaûm ſis precor auxilio.*

Εἰς τὸ αὐτό.
Κεκροπίδαι Διὶ τόνδ' ἔθεσαν δόμον, ὡς ἀπ' ὀλύμπου
νισσόμενος ποτὶ γῆν, ἄλλον ὄλυμπον ἔχοι.

HERM. A' NOVA AQVILA CO.
Hanc tibi Cecropidæ poſuerunt Iuppiter ædem,
In terram ut ueniens, alterum olympum habeas.

VEL SIC.
Cecropidæ hanc poſuere Ioui ædẽ, ut lapſus olympo
Iuppiter in terras, alterum olympum habeat.

IOAN. SOTER.
Cecropidę excelſam hãc poſuere Ioui domũ, olympo
Si in terram redeat, ſic & olympum habeat.

Εἰς ἄγαλμα Νίκης ἄπτερον ἐν Ῥώμῃ,
οὗ τὰ πτερὰ κεραυνῷ κατεφλέχθη.
Πομπηίου.
Ῥώμη παμβασίλεια, τεὸν κλέος οὔποτ' ὀλεῖται,
Νίκη γάρ σε φυγεῖν ἄπτερος οὐ δύναται.

IOAN. SOTER.
Aeterna eſt tibi Roma potens iam gloria parta,
Aufugere implumis nam à te Victoria neſcit.

 Εἰς

ΕΙΣ ΞΕΝΟΔΟΧΕΙΟΝ.

Ἀστὸς ἐμοί, καὶ ξεῖνος, ἀεὶ φίλος. οὐ γὰρ ἐρευνᾶν,
τίς; πόθεν; ἢ τίνων; ἐστὶ φιλοξενίης.

C. VRS. VELIVS.

Ciuis & hoſpes eris gratus, nam qualis & unde
Natus es, hoſpitij quærere iura uetant.

IOAN. SOTER.

Vt ciuem, ſic hoſpitem amo, nanque iſta rogare.
Quiſnam, unde, aut quorum: non decet hoſpitiũ.

ΕΙΣ ΠΟΙΗΤΑΣ.

Εἰς εἰκόνα ὁμήρου.

Υἱὲ Μέλητος ὅμηρε, σὺ γὰρ κλέος ἑλλάδι πάσῃ,
καὶ κολοφῶνι πάτρῃ, θῆκας ἐς ἀΐδιον.
καὶ τάσδ᾽ ἀντιθέῳ ψυχῇ γεννήσαο κούρας,
δισσὰς ἐκ στηθέων γραψάμενος σελίδας.
ὑμνεῖ δ᾽ ἡ μὲν, νόστον ὀδυσσῆος πολύπλαγκτον.
ἡ δὲ, τὸν ἰλιακὸν δαρδανίων πόλεμον.

GVA. VERONEN.

Nate Melete decus Graiorum ac ſplendor Homere,
Nobilitas patriam qui Colophona tuam.
Diuina geminas genuiſti mente puellas
Semideũm ſcribens inclyta geſta uirũm.
Altera multiuagi reditum cantauit Vlyſſis,
Altera Graiugenas Dardaniosque duces.

Ἀντιπάτρου.

Οἱ μὲν σευ κολοφῶνα τιθηνήτειραν ὅμηρε,
οἱ δὲ, καλὰν σμύρναν, οἱ δ᾽ ἐνέπουσι χίον.
οἱ δ᾽ ἴον, οἱ δ᾽ ἐβόασαν εὔκλαρον σαλαμῖνα.

οἱ δὲ



οἱ δέ νυ, τᾶν λαπιθᾶν ματέρα θεσσαλίαν
ἄλλοι δ᾽ ἄλλο μέλαθρον ἀνίαχον. εἰ δέ με φοῖβος
χρὴ λέξαι πινυτὰν ἀμφαδὰ μαντοσύναν.
πάτρα σοι τελέθει μέγας οὐρανός. ἐκ δὲ γυναικὸς
οὐ θνατᾶς, ματρὸς δ᾽ ἔπλεο Καλλιόπας.

¶ Citatur paulo diuerſius à Politiano.

GVA. VERONEN.

Diceris à multis Colophonis alumnus Homere
Hic te Smyrneum credit, at ille Chium.
Quin & Ion quidam, quidam Salamina ſuperbam,
Theſſaliam multi te genuiſſe ferunt.
Sunt & qui memorent alijs te ſedibus ortum,
Sic uarijs natus crederis eſſe locis.
Dicere ſi liceat mihi Phœbi oracula, cœlum
Certa tibi patria eſt, Calliopea parens.

MARVLLVS.

Vane quid affectas patriam mihi dicere terram?
Metirisque hominum conditione deos?
Non me Smyrna creat, non me Colophonia tellus,
Non pylos, æquoreis non Chios icta minis,
Non Ithace prænobile equis non Argos alendis,
Non quæ de dominæ nomine dicta deæ eſt.
Non Salamis, non chara ſuo Rhodos aurea Phœbo,
Aut Ius, aut Pharij fertilis ora ſoli.
Mortalis ſunt iſta uiri: me lucidus æther
Parturit, enatum terra fretumque colunt.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Ἑπτὰ ἐριδμαίνουσι πόλεις διὰ ῥίζαν ὁμήρου,
κύμη, σμύρνα, χίος, κολοφών, πύλος, ἄργος, ἀθῆναι,

Εἰς

Εἰς τὸν αὐτόν.

Ἑπτὰ πόλεις μάρναντο σοφὴν διὰ ῥίζαν Ὁμήρου,
σμύρνα, χίος, κολοφὼν, ἰθάκη, πύλος. ἄργος, ἀθῆναι.

Eſt in eum & hoc quod citat

GELLIVS.

Ἑπτὰ πόλεις διερίζουσι περὶ ῥίζαν Ὁμήρου.
σμύρνα, ῥόδος, κολοφὼν, σαλαμὶν, ἰὸς, ἄργος, ἀθῆναι.

Latine ſic.

Septẽ urbes certant de ſtirpe inſignis Homeri,
Smyrna, Rhodus, Colophõ, Salamin, Ius, Argos, Athenæ.

Εἰς τὸν αὐτόν.

Ἀντιπάτρου.

Διεξιὼν Ὅμηρε τὴν κεκαυμένην,
φθονεῖν ἀφῆκας τὰς ἀπορθήτους πόλεις.

POLITIANVS.

Troiam canens Homere flammis erutam,
Vrbes graui liuore ſtantes concutis.

Εἰς εἰκόνα Σαπφοῦς. Δημοχάριδος.

Αὐτή σοι πλάστειρα φύσις παρέδωκε τυπῶσαι,
τὴν μιτυληναίαν ζωγράφε πιερίδα.
πηγάζει τὸ διαυγὲς ἐν ὄμμασι. τοῦτο δ᾽ ἐναργῶς
δηλοῖ φαντασίην ἔμπλεον εὐστοχίης.
αὐτομάτως δ᾽ ὁμαλή τε, καὶ οὐ περίεργα κολῶσα
σὰρξ, ὑποδεικνυμένην τὴν ἀφέλειαν ἔχει.
ἄμμιγα δ᾽ ἐξ ἱλαροῖο, καὶ ἐκ νοτεροῖο προσώπου
μοῦσαν ἀπαγγέλλει κύπριδι μιγνυμένην.

IOAN. IORDANVS.

Hanc opifex Sapphûs docuit natura figuram
Te



Te Mitylenææ nobile pictor opus.
Pellucent oculi, qui illam uenatibus aptam,
Eius & ingenium promptius eſſe probant.
Plana ſuperficies, per ſe corpusq́; uenuſtum,
Indicium ueræ ſimplicitatis habent.
Subridens facies & obeſula, monſtrat adeſſe
Et Muſæ & Veneris corpora iuncta ſimul.

ΕΙΣ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥΣ.

Εἰς Διογένη.

Ἀντιφίλου Βυζαντίου.

Γηράσκει καὶ χαλκὸς ὑπὸ χρόνου, ἀλλὰ σὸν οὔτι
κῦδος ὁ πᾶς αἰὼν Διόγενες καθελεῖ.
μοῦνος γοῦν βιοτῆς αὐταρκέα δόξαν ἔδειξας
θνητοῖς, καὶ ζωῆς οἶμον ἐλαφροτάτην.

BENTINVS.

Aera quidem abſumit tempus, ſed tempore nũquam
Interitura tua eſt gloria Diogenes.
Quandoquidem ad uitam miſeris mortalibus æqua
Monſtrata eſt facilis te duce, & ampla uia.

FINIS EORVM QVAE EX QVARTO.

## ΤΩΝ ΠΕΜΠΤΟΥ.

### ΕΙΣ ΙΟΥΛΙΟΝ

Καίσαρα. Χριστοδώρου.

Καῖσαρ δ' ἐγγὺς ἔλαμπεν ἰούλιος, ὅς ποτε ῥώμην
ἀντιβίων ἔστεψεν ἀμετρήτοισι βοείαις
αἰγίδα μὲν βλοσυρῶπιν ἐπωμαδὸν ἦεν ἀείρων.
δεξιτερῇ δὲ, κεραυνὸν ἀγάλλετο χειρὶ κομίζων,
οἷα Ζεὺς νέος ἄλλος ἐν αὐσονίοισιν ἀκούων.

IO. BAP. PIVS.

Iulius inſigni radiabat imagine Cæſar,
Sæpe coronauit qui Romam hoſtilibus armis.
Aegida terrificam læua ſuſtollit: at ipſa
Dextra quatit rutilum exultanti robore fulgur.
Hic nouus Auſonijs celebratur Iuppiter oris.

Εἰς Πίνδαρον.

Θήβης δ' ὠγυγίης ἑλικώνιος ἵστατο κύκνος
Πίνδαρος ἱμερόφωνος, ὃν ἀργυρότοξος Ἀπόλλων
Ἔτρεφε βοιωτοῖο παρὰ σκοπιὴν ἑλικῶνος,
Καὶ μέλος ἁρμονίης ἐδιδάξατο. τικτομένου γὰρ
Ἑζόμεναι λιγυροῖσιν ἐπὶ στομάτεσσι μέλισσαι
Κηρὸν ἀνεπλάσσαντο σοφῆς ἐπιμάρτυρα μολπῆς.

IOAN. IORDANVS.

Pierius cygnus Thebanæ Pindarus urbis
Antiquæ facundus erat, quem fouit Apollo
Arcitenens uiridi Bœoti Heliconis in antro,
Concentusq; melos docuit. nam ſponte canoræ
Prouidæ apes labijs pueri finxere ſedentes
Ceram, quò fieret uates ſublimior olim.

CA



## CAPITA ΤΟΥ ΕΚΤΟΥ

τμήματος, è quibus ſequentia deſumpſimus.

### ΕΙΣ ΑΝΑΘΗΜΑΤΑ.


| | | | |
|---|---|---|---|
| Ἀπὸ ἁλιέων | 351 | Κυνηγῶν | 354 |
| Γερόντων. | | Μεθύσων. | 356 |
| Γεοργῶν | 352 | Ναυαγῶν. | |
| Θηρῶν | | | |


### ΑΠΟ ΑΛΙΕΩΝ.

Ἰουλιανοῦ ἀπὸ ὑπάρχων αἰγυπτίου.

Ταῖς νύμφαις Κινύρης τόδε δίκτυον. οὐ γὰρ ἀείρει
γῆρας ἀκοντιστὴν μόχθον ἐκηβολίης.
ἰχθύες, ἀλλὰ νέμοισθε γεγηθότες, ὅττι θαλάσσῃ
δῶκεν ἔχειν Κινύρου γῆρας ἐλευθερίην.

IOAN. SLEIDANVS.

Hoc Cinyras nymphis ſacrauit rete, Labores
Non etenim tantos ferre ſenecta poteſt.
Nunc igitur ſub aquis tremuli colludite piſces,
Debilitas Cinyræ nam freta tuta facit.

### ΑΠΟ ΓΕΡΟΝΤΩΝ.

Ἀγαθίου σχολαστικοῦ.

Σὸς πόσις ἀγχίσης, τοῦ εἵνεκα πολλάκι Κύπρι
τοπρὶν ἐς ἰδαίην ἔτρεχες ἠϊόνα.
νῦν μόλις εὗρε μέλαιναν ἀπὸ κροτάφων τρίχα κόψαι,
θῆκε δέ σοι προτέρης λείψανον ἡλικίης.
ἀλλὰ θεὰ δύνασαι γὰρ, ἤ ἡβητῆρά με τεῦξον,

ἢ καὶ

ἢ καὶ τὴν πολιὴν, ὡς νεότητα δέχου.

IO. SLEIDANVS.

Vir tuus Anchiſes hic, cuius amore ſolebas
Littus ad Idæum ſæpe redire Venus.
Hunc tibi ſic poſuit cano de uertice crinem.
Præteritæ uitæ pars tibi crinis adeſt.
O dea, nanq; potes, iuuenilem aut reddito florem,
Aut modo ſit curæ noſtra ſenecta tibi.

ΑΠΟ ΓΕΟΡΓΩΝ.

Σαβίνου.

Πανὶ, Βίτων χίμαρον, νύμφαις ῥόδα, θύρσα λυαίῳ,
τρισσῶν ὑπ᾽ εὐπετάλοις δῶρον ἔθηκε φόβαις.
Δαίμονες, ἀλλὰ δέχοισθε κεχαρμένοι. αὔξετε δ᾽ αἰεί,
Πὰν, αἰγέλην. νύμφαι, πίδακα. Βάκχε, γάνος.

C. VRS. VELIVS.

Pani caprum, nymphiſq; roſas, thyrſumq; Lyæo
Arbore ſub uiridi dat tria dona Biton.
Aequamines capite hæc Diui, ſemperq; fouete
Pan pecudes, nymphæ flumina, Bacche ſolum.

ΘΗΡΩΝ.

Γαίτου.

Παῖδα πατὴρ ἄλκων ὀλοῷ σφιχθέντα δράκοντι
ἀθρήσας, δειλῇ τόξον ἔκαμψε χερί.
Θηρὸς δ᾽ οὐκ ἀφάμαρτε. διὰ στόματος γὰρ ὀϊστὸς
ἤϊξεν, τυτθοῦ βαιὸν ὕπερθε βρέφους.
παυσάμενος δὲ φόνοιο, παρὰ δρυῒ τῇδε φαρέτρην
σῆμα καὶ εὐτυχίης θῆκε, καὶ εὐστοχίης.

IOAN. SLEIDANVS.





Cum pater aſpiceret natum ſerpente teneri
Alcon, mox arcum, fidaq; tela capit.
Ictus erat certus, patulo qui læſerat ora
Vulnere, quòd fermè ſenſerat ipſe puer.
Hoſteq; proſtrato, quercu ſuſpendit ab iſta
Mox pharetram, & duplici nomine lætus erat.

ΓΥΝΑΙΚΩΝ.

Πλάτωνος.

Ἡ σοβαρὸν γελάσασα καθ᾽ Ἑλλάδος, ἡ τὸν ἐρώντων
ἑσμὸν ἐνὶ προθύροις Λαῒς ἔχουσα νέων, (τῶν
τῇ Παφίῃ τὸ κάτοπτρον ἐπεὶ τοίη μὲν ὁρᾶσθαι
οὐκ ἐθέλω. οἵη δ᾽ ἦν πάρος, οὐ δύναμαι.

MORVS.

Nequiter arriſi tibi, quæ modo gratia, amantum
Turbam in ueſtibulis Lais habens iuuenum,
Hoc Veneri ſpeculum dico, nam me cernere talem
Qualis ſum nolo, qualis eram nequeo.

Ἰουλιανοῦ ἀπὸ ὑπάρχων αἰγυπτίου.

Λαῒς ἀμαλδυνθεῖσα χρόνῳ περικαλλέα μορφὴν,
γηραλέης στυγέει μάρτυρίην ῥυτίδων.
ἔνθεν πικρὸν ἔλεγχον ἀπεχθήρασα κατόπτρου,
ἄνθετο δεσποίνῃ τοῦ πάρος ἀγλαΐης.
ἀλλὰ σύ μοι Κυθέρεια, δέχου νεότητος ἑταῖρον
δίσκον, ἐπεὶ μορφὴ σὴ, χρόνον οὐ τρομέει.

Τοῦ αὐτοῦ.

Κάλλος μὲν Κυθέρεια χαρίζεται. ἀλλὰ μαραίνει
ὁ χρόνος ἑρπύζων σὴν βασίλεια χάριν.
δῶρου δ᾽ ὑμετέροιο μετάπτεμένου με Κυθείρη,

δέχνυσο καὶ δώρου πότνια μαρτυρίην.

Λουκιανοῦ.

Ἀλλὰ νικήσασαν ὑπέρβιον ἀσπίδα μήδων,
Λαῒς θῆκεν ἑῷ κάλλει ληϊδίην.
μοῦνον ἐνικήθη ὑπὸ γήραϊ, καὶ τὸν ἔλεγχον
ἄνθετό σοι Παφίη, τὸν νεότητι φίλον.
ἧς γὰρ ἰδεῖν στυγέει πολιῆς παναληθέα μορφὴν,
τῆς δὲ συνεχθαίρει καὶ σκιόεντα τύπον.

Ex his omnibus unum fecit

AVSONIVS.

Lais anus Veneri ſpeculum dico, dignũ habeat ſe
Aeterna æternum forma miniſterium.
At mihi nullus in hoc uſus, quia cernere talem
Qualis ſum, nolo: qualis eram, nequeo.

ΚΥΝΗΓΩΝ.

Εἰς τρεῖς ἀδελφούς.

Ἰουλιανοῦ ἀπὸ ὑπάρχων.

Γνωτῶν τρισσατίων ἐκ τρισσατίης λίνα θήρης
δέχνυσο Πάν. Πίγρης σοὶ γὰρ ἀπὸ πτερύγων
ταῦτα φέρει. θηρῶν, Δᾶμις. Κλείτωρ δὲ, θαλάσσης.
καί σφι δὸς εὐαγρεῖν, ἠέρα, γαῖαν, ὕδωρ.

C. VRS. VELIVS.

Accipe tergemini triplicis quæ Pan tibi prædæ
Texta ferunt, pennis dat tibi facta Biton,
Deq́; feræ exuuijs Damis, ſed aquatica Cletor.
Hinc capiant quicquid, terra, fretũ, aura ferũt

Εἰς τὸ αὐτό.

Ἀρχίου.





Τρίζυγες οὐρεσίοικε κασίγνητοι τάδε τέχνας,
ἄλλος ἀπ' ἀλλοίας σοὶ τάδε Πὰν, ἔθεσαν.
καὶ τὰ μὲν ὀρνίθων Πίγρης. τὰ δὲ, δίκτυα θηρῶν
Δᾶμις. ὁ δὲ Κλείτωρ, εἰναλίων ἔπορεν.
τῶν, ὁ μὲν, ἐν ξυλόχοισιν. ὁ δ' ἠερίησιν ἐν ἄγραις
αἰέν. ὁ δ' ἐν πελάγει εὔστοχον ἄγραν ἔχοι.

IDEM.

Tergemini fratres, uario montane, paratu
Pan, tibi quiſq; ſuæ dedicat artis opus.
Atq; hæc alituum Pigres, hæc retia Damis
Quadrupedum, Cletor piſcium & iſta dedit.
Hunc igitur ſaltus uenatibus, aeris illum,
Hunc maris ubertim commoditate bea.

Εἰς τὸ αὐτό.

Ἀλφειοῦ Μιτυληναίου.

Πανὶ κασιγνήτων ἱερὴ τριὰς, ἄλλος ἀπ' ἄλλης
ἄνθετ' ἀπ' οἰκείης σύμβολον ἐργασίης.
Πίγρης, ὀρνίθων. ἁλίων ἀπομοίρια, Κλείτωρ.
ἔμπαλιν ἰθυτενῶν Δᾶμις ἀπὸ σκαλίκων.
ἀνθ' ὧν εὐαγρίην, ᾧ μὲν χθονὸς, ᾧ δὲ διδοίης
ἐξ ἁλὸς. ᾧ δὲ νέμοις ἠέρος ὠφελίην.

IDEM.

Pani ſacer fratrum dat ternio munus, ab arte
Quiſq; ſua, atq; alius dedicat ex alijs.
Dat Pigres auium prædã, dat ab æquore Cletor
Capta ſibi, at Damis retia tenſa feris:
Pro quibus hic diues nemorum uenatibus, ille
Piſcatu, diues fiat hic aucupio.

ΑΠΟ ΜΕΘΥΣΩΝ.

Ερατοσθένους.

Οἰνοπότας Ξενοφῶν κενεὸν πίθον ἄνθετο Βάκχῳ.
δέχνυσο δ' εὐμενέως, ἄλλο γὰρ οὐδὲν ἔχει.

IDEM.

Bacche cadũ, tibi quẽ Xenophon uinoſus inanẽ
Donat, habe placide, nil habet hic aliud.

IO. SLEIDANVS.

Quem Xenophon tibi ſacrauit potator inanem
Suſcipe Bacche cadum, nil habet ille aliud.

ΑΠΟ ΝΑΥΑΓΩΝ.

Λουκιανοῦ.

Γλαύκῳ, καὶ Νηρεῖ, καὶ Ἰνοῖ, καὶ Μελικέρτῃ,
καὶ βυθίῳ Κρονίδῃ, καὶ σαμόθρηξι θεοῖς,
σωθεὶς ἐκ πελάγους Λουκίλλιος, ὧδε κέκαρμαι
τὰς τρίχας ἐκ κεφαλῆς. ἄλλο γὰρ οὐδὲν ἔχω.

C. VRSINVS VELIVS.

Glauce, tibi & Nereo, Inoq; tibi & Melicertæ
Et Neptune tibi, & quos Samothraces habẽt,
Seruatus pelago Lucillius, hanc ego tonſus
Nil aliud cum ſit, dedico cæſariem.

FINIS.

ΤΟΥ ΕΒΔΟΜΟΥ.

Αγαθίου σχολαστικοῦ.

Εἰ φιλέεις, μὴ πάμπαν ὑποκλασθέντα χαλάσ
θυμὸν, ὀλισθηρῆς ἔμπλεον ἱκεσίης. (σῃς
ἀλλά τι καὶ φρονέοις στεγανώτερον, ὅσσον ἐρύσσαι
ὀφρύας



ὀφρύας, ὅσσον ἰδεῖν βλέμματι φειδομένῳ.
ἔργον γάρ τι γυναιξὶν ὑπερφιάλους ἀθερίζειν.
καὶ κατακαγχάζειν τῶν ἄγαν οἰκτροτάτων.
κεῖνος δ' ἐστὶν ἄριστος ἐρωτικὸς, ὃς τάδε μίξει
οἶκτον ἔχων ὀλίγῃ ξυνὸν ἀγηνορίῃ.

C. VRS. VELIVS.

Si quis amas ne ſis nimium, caue, pectore fracto,
Nec timidus ritu ſupplicis eſſe uelis.
Verum animus tibi ſit præſentior, & tua ſunto
Lumina contracto parca ſupercilio.
Nancq; puellarum eſt & faſtidire ſuperbos,
Et ludum pauidæ mentis habere uiros.
Optimus ille ergo laudabitur inter amantes
Qui faſtum timido temperat ingenio.

Μακεδονίου ὑπάτου.

Ελκος ἔχω τὸν ἔρωτα. ῥέει δέ μοι ἕλκεος ἰχὼρ
δάκρυον, ὠτειλῆς οὔποτε τερσομένης.
εἰμὶ καὶ ἐκ κακότητος ἀμήχανος. οὐδὲ μαχάων
ἤπιά μοι πάσσει φάρμακα δευομένῳ.
τήλεφός εἰμι κόρη. σὺ δὲ γίνεο πιστὸς ἀχιλλεὺς
κάλλεϊ σῷ παῦσον τὸν πόθον, ὡς ἔβαλες.

C. VRS. VELIVS.

Hulcus amor noſtrũ eſt, lachrymæq́; ex ulcere ma
Ceu ſanies, uſq; & uulneris ora madet (nãt
Atq; animum cura deſpondeo, & ipſe Machaon
Nulla laboranti pharmaca grata ferat.
Aeacides fidus mihi, qui ſum Telephus, [illegible]ſto
Quam facis, & uultu cura leuanda tuo eſt.

Παύλου σιλεντιαρίου.

Ὁ πρὶν ἀμαλθάκτοισιν ἐνὶ φρεσὶν ἡδὺν ἐν ἥβῃ
 οἰστροφόρου παφίης θεσμὸν ἀπειπάμενος.
Γυροβόροις βελέεσσιν ἀνέμβατος ὁ πρὶν ἐρώτων
αὐχένα σοι κλίνω κύπρι μεσαιπόλιος.
Δέξο με καγχαλόωσα, σοφὴν ὅτι παλλάδα νικᾷς
νῦν πλέον, ἢ τὸ πάρος μήλῳ ἐφ' ἑσπερίδων.

C. VRS. VELIVS.

Acer eram & primis inuicta mente ſub annis
 Oeſtriferæ ſpreui dulcia iura deæ.
Miſſilibus nec eram diris uiolandus amorum
 Qui tua nunc canus ſub iuga uado Venus
Suſcipe ouās, tetrica uicta tibi Pallade ceſſit
 Quàm prius Heſperidū munere maior honos.

LVSCINIVS.

Qui potui iuuenis ſapienter temnere leges
 Quondam prædulces ò Venus alma tuas,
Spicula carniuorū uitare edoctus amorum
 En mea colla ſenex ſub iuga mitto tua.
Victa iacet Pallas, magis hæc cape læta trophæa,
 Aurea quàm paſtor cum tibi mala dedit.

Παύλου σιλεντιαρίου.

Ἧσσον ἔτι φθινόπωρον ὑπέρτερον εἴαρος ἄλλης
 χεῖμα σὸν ἀλλοτρίου θερμότερον θέρεος.

C. VRS. VELIVS.

Næ tuus alterius autumnus purpureum uer,
 Alterius meſſes & tua uincit hyems.

Μακεδονίου ὑπάτου.

Τῷ



Τῷ χρυσῷ τὸν ἔρωτα μετέρχομαι. οὐ γὰρ ἀρότρῳ
 ἔργα μελισσάων γίγνεται, ἢ σκαπάνῃ,
Ἀλλ' ἔαρι δροσερῷ. μέλιτος γέμεν ἀφρογενείης
 ὁ χρυσὸς τελέθει ποικίλος ἐργατίνης.

IOAN. VENATORIVS.

Auro adeundus amor, nec enim ſingūtur aratro
 Ceræ, nec rigido mella ligone fluunt.
Rore ſed æthereo ueris, ſic ſcilicet aurum
 Mellitæ Veneris callidus autor erit.

Τοῦ αὐτοῦ.

Παρμενὶς οὐκ ἔργῳ. τὸ μὲν οὔνομα καλὸν ἀκούσας,
 ᾠϊσάμην. σὺ δέ μοι πικροτέρη θανάτου.
Καὶ φεύγεις φιλέοντα, καὶ οὐ φιλέοντα διώκεις,
 ὄφρα πάλιν κεῖνον καὶ φιλέοντα φύγῃς.

LODO. IAVSSERANDVS.

Parmenis es falſò, quod pulchro nomine ſenſi
 Audito, ſæua es nam mihi morte magis.
Spernor amans abs te: nō curo, quæris amari,
 Vt cupidum rurſus ſpernere praua queas.

Φιλοδήμου.

Platoni tribuit Laertius.

Μῆλον ἐγώ. βάλλει με φιλῶν σέ τις. ἀλλ' ἐπίνευσον
 Ξανθίππη. κἀγὼ, καὶ σὺ, μαραινόμεθα.

LAER. INTERP.

Malum ego, me mittit, qui te ſuccenditur unus,
 Annue Xanthippe, linquit utrunq; decor.

BENTINVS.

Malū ego, me iaculatur, amāt qui te: annue quæſo

Xanthippe,tibi mox nam & mihi forma perit.

¶ Sed & tetraſtichō quod apud Laertiū diſtichon hoc præcedit,& Platōi ab eodē tribuitur,quoniā huc pertinet,adſcribere non pigebit.

PLATONIS.

Τῷ μήλῳ βάλλω σε,σὺ δ' εἰ μὲν ἑκοῦσα φιλεῖς με
δεξαμένη τῆς σῆς παρθενίης μετάδος.
εἰ δ' ἄρ,ὃ μὴ γένοιτο,νοεῖ,τοῦτ' αὐτὸ λαβοῦσα
Σκέψαι τὴν ὥραν ὡς ὀλιγοχρόνιος.

INTERP. LAER.

Malo ego te ferio,cape ſi ſum gratus amator,
Et me participem uirginitatis habe.
Sin fieri dubitas hoc ipſum,mente reuolue
Suſcipiens formæ quàm breue tempus ineſt.

BENTINVS.

Malo ego te ferio,tu ſi me diligis,illud
Suſcipe,& me imparti uirginitate tua.
Hoc fieri ſi poſſe negas,hoc ſuſcipe malum,&
Quàm pereat paruo tempore forma uide.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ηράσθης πλουτῶν Σωσίκρατες.ἀλλὰ πένης ὤν,
οὐκ ἔτ' ἐρᾷς.λιμὸς φάρμακον οἷον ἔχει.
ἡ δὲ πάρος σε καλοῦσα μύρον,καὶ τερπνὸν ἄδωνιν
Μηνοφίλα,νῦν σοι τοὔνομα πυνθάνεται.
τίς;πόθεν εἶς ἀνδρῶν;πόθι τοι πτόλις;ἦ μόλις ἔγ
τοῦτ' ἔπος,ὡς οὐδεὶς οὐδὲν ἔχοντι φίλος. (νως

C. VRS. VELIVS.

Diues amabaris, modo nec Soſicrates ullam





Pauper amas, uis eſt qualis in eſurie.
Quæ te delicias,dulcemq; uocauit Adonim
Menophile,nomen nunc rogat illa tuum.
Vnde hominū? cuias? quæ patria? iam uetus illud
Non neſcis,inopi nullus amicus adeſt.

Μελεάγρου.

Δεινὸς ἔρως, δεινός.τί δὲ τὸ πλέον;ἢν πάλιν εἴπω,
καὶ πάλιν οἰμώζων,πολλάκι δεινὸς ἔρως;
ἦ γὰρ ὁ παῖς τούτοισι γελᾷ.καὶ πυκνὰ κακισθεὶς,
ἥδεται.ἢν δ' εἴπω λοίδορα,καὶ τρέφεται.
θαύμα δέ μοι,πῶς ἄρα διὰ γλαυκοῖο φανεῖσα
κύματος,ἐξ ὑγροῦ Κύπρι σὺ,πῦρ τέτοκας.

IDEM.

Sæuus amor ſæuus:quid tum,ſi talia mœrens
Conquerar,atq; iterum talia ſæuus amor?
Nimirum puer hæc conuitia ridet,& ipſis
Gaudet,& inſultat iurgia ſi qua loquar.
Aſt ego demiror glauco Venus ædita ponto,
Qui flammam ex unda progeneraſſe potes.

Τοῦ αὐτοῦ.

Τί ξένον,εἰ βροτολοιγὸς ἔρως τὰ πυρίπνοα τόξα
βάλλει,καὶ λαμυροῖς ὄμμασι πυκνὰ γελᾷ;
οὐ μήτηρ στέργει μὲν ἄρη,γαμέτις δὲ τέτυκται
Ηφαίστου,κοινὴ καὶ πυρὶ,καὶ ξίφεσιν;
Μητρὸς δ' οὐ μήτηρ ἀνέμων μάστιξι θάλασσα
τρηχὺ βοᾷ,γενέτης δ' οὔτε τις,οὔτε τίνος;
τοὔνεκεν ἡφαίστου μὲν ἔχει φλόγα,κύμασι δ' ὀργὴν
Στέρξεν ἴσην,ἄρεος δ' αἱματόφυρτα βέλη.

C. VRS. VELIVS.

Tela nihil mirum ſi letifer ignea torquet
Illicibusq́; oculis uſq; lubeſcit amor.
An non Martem amat,& nō eſt Vulcania cōiunx
Mater,& hinc ferrū tractat & inde focum?
Non'ne mare eſt huius, uentorum uerbere, mater
Vaſta fremens, genitor nemo, nec alterius?
Quare Mulciberi flammam dea, fluctibus iram
Aequam amat,& Martis tela cruenta gerit.

Τοῦ αὐτοῦ.

Εἰ μὲν γηράσκει τὸ καλόν, μετάδος πρὶν ἀπέλθῃ·
εἰ δὲ μένει, τί φοβῇ τοῦθ᾽ ὃ μένει διδόναι;

IDEM.

Si perit, impartire prius quàm forma ſeneſcat.
Sin manet, an dubitas id dare quod remanet?

IDEM.

Vtere temporibus, uariant cito cuncta, piloſum
Aeſtas ex hœdo ſic facit una caprum.

Ἀσκληπιάδου.

Λύχνε, σὺ γὰρ παρεοῦσα τρὶς ὤμοσεν Ἡράκλεια
ἥξειν, κοὐχ ἥκει. λύχνε, σὺ δ᾽ εἰ θεὸς εἶ,
τὴν δολίην ἐπάμυνον· ὅταν φίλον ἔνδον ἔχουσα
παίζῃ, ἀποσβεσθεὶς μηκέτι φῶς πάρεχε.

MORVS.

Lychne reuerſuram ter te iurauit amica.
Hæc redit, ò pœnas det tibi, ſi deus es.
Ludenti cum nocte places, extinguere,& aufer
Tam ſacra tam ſacris lumina luminibus.

Ρουφίνου.

Παλ



Παλλὰς ἐσαθρήσασα, καὶ Ἥρη χρυσοπέδιλος
Μαιονίν, ἐκ κραδίης ἴαχον ἀμφότεραι,
οὐκ ἔτι γυμνούμεσθα. κρίσις μία ποιμένος ἀρκεῖ.
οὐ καλὸν ἡττᾶσθαι δὶς περὶ καλλοσύνης.

C. VRS. VELIVS.

Mæonin intuitæ ſors Pallas,& aurea Iuno
Hanc imo uocem è pectore protulerant:
Sat nudas cecidiſſe ſemel, damnante bubulco,
Turpe bis ob ſpeciem ſuccubuiſſe foret.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ὥπλισμαι πρὸς ἔρωτα περὶ στέρνοισι λογισμόν,
οὐδέ με νικήσει μοῦνος ἐὼν πρὸς ἕνα.
θνατὸς δ᾽ ἀθανάτῳ συνελεύσομαι. ἢν δὲ βοηθὸν
Βάκχον ἔχῃ, τί ποιεῖν πρὸς δύ᾽ ἐγὼ δύναμαι;

IDEM.

Ex animo armatus ratione reluctor amori
Non unum contra uictor hic unus erit.
Mortalis pugnabo deo, quem ſicubi Bacchus
Iuuerit, aduerſus quid faciam ipſe duos?

Τοῦ αὐτοῦ.

Ὄμματ᾽ ἔχεις Ἥρης Μελίτη, τὰς χεῖρας Ἀθήνης,
τοὺς μαζοὺς Παφίης, τὰ σφυρὰ τῆς Θέτιδος.
εὐδαίμων ὁ βλέπων σε, τρισόλβιος ὅστις ἀκούει,
ἡμίθεος δ᾽ ὁ φιλῶν, ἀθάνατος δ᾽ ὁ συνών.

IDEM.

Lumina Iunonis Melite, digitosq́; Mineruæ.
Pectus habes Paphies, Nereidosq́; pedes.
Fœlix te quicunq; uidet, fœlicior audit,

Baſia

Baſia ſemidei, cætera facta dei.

Ὀνέστου.

Οὔτε με παρθενικῆς τέρπει γάμος, οὔτε γεραιῆς.
 τὴν μὲν ἐποικτείρω, τὴν δὲ καταιδέομαι.
εἴη μήτ' ὄμφαξ, μήτ' ἀσταφίς. ἡ δὲ πέπειρος,
 ἐς Κύπριδος θαλάμους ὥρια καλλοσύνη.

IDEM.

Non ego uel uetulæ tangor, uel amore puellæ,
 Illius miſeret prorſus, at hanc ueneror.
Vua nec agreſtis, nec paſſa, ſed aucta iuuabit,
 Maturæ Paphies aptaq́; forma thoro eſt.

Βάσσου.

Οὐ μέλλω ῥεύσειν, χρυσός ποτε. βοῦς δὲ γένοιτο
 ἄλλος, χὠ μελίθρους κύκνος ἐπ' ἠϊόνος.
Ζηνὶ φυλασσέσθω τάδε παίγνια. τῇ δὲ Κορίννῃ
 τοὺς ὀβολοὺς δώσω τοὺς δύο, κοὐ πέτομαι.

IDEM.

Non aurum in pluuium uertar, bos alter & udo
 Dulciter argutus littore fiat olor.
Iſta Ioui curæ ſint ludicra, non opus alis
 Eſt mihi, cum cæpit æra Corynna duo.

Ἀδήλου.

Νῦν μοι χαῖρε λέγεις, ὅτε σου τὸ πρόσωπον ἀπῆλθεν
 κεῖνο τὸ τῆς λύγδου βάσκανε λειότερον.
νῦν μοι προσπαίζεις, ὅτε τὰς τρίχας ἠφάνικάς σου,
 τὰς ὑπὸ τοῖς σοβαροῖς αὐχέσι πλαζομένας.
μηκέτι μοι μετέωρε προσέρχεο, μηδὲ συνάντα.
 ἀντὶ ῥόδου γὰρ ἐγὼ τὴν βάτον οὐ δέχομαι.

IDEM



IDEM.

Nunc tua cum periјt facies ingrata ſalutas,
 Illa quidem lygdo terſa nitensq́; magis.
Nunc ultro arrides, poſtquam ceruice ſuperba
 Olim quaſſatæ deperiere comæ.
Ne mihi nunc elata ueni, ne'ue obuius ito.
 Horrida decerptis quo mihi ſpina roſis?

Παύλου Σιλεντιαρίου.

Χρύσεος ἀψαύστοιο διέτμαγεν ἅμμα κορείας
 Ζεύς, διαδὺς Δανάας χαλκελάτους θαλάμους.
φαμὶ λέγειν τὸν μῦθον ἐγὼ τάδε, χάλκεα νικᾷ
 δάπεδα καὶ δεσμοὺς χρυσὸς ὁ πανδαμάτωρ,
χρυσός, ὅλους ῥυτῆρας. ὅλας κληῖδας ἐλέγχει.
 χρυσὸς ὑπογνάμπτει τὰς σοβαροβλεφάρους.
καὶ Δανάας ἐλύγωσεν ὅδε φρένα. μή τις ἐραστὰς
 λισσέσθω Παφίαν, ἀργύριον παρέχων.

IOAN. SLEIDANVS.

Iuppiter illapſus per ferrea tecta, puellam
 Aureus intactam fregit amore ſui.
Fundamenta poteſt aurum perrumpere fuluum
 Ferrea, quod rerum perdomat omne genus.
Aurum diſſoluit duro connexa labore.
 Flectitur atq; auro fœmina compta dato.
Sic Danae ceſſit, Valeat Cytheræa, precesq́;.
 Fidito, nummatus quiſquis amator eris.

Μηκεδονίου ὑπάτου.

Ἀῆξεν ἔρως κραδίης τε, καὶ ἥπατος. εἰ δ' ἐπιθυμεῖς
 βάλλειν, ἄλλο τί μου τῶν μελέων μετάβα.

IDEM

IDEM.

Arripe Amor quoduis noſtro de corpore mēbrū,
Linque ſed illæſum corq; iecurq; mihi.

Ἀντιπάτρου θεσσαλονικέως.

Ὁ Ζεὺς τὴν Δανάην, χρυσοῦ. κἀγὼ δὲ σε, χρυσοῦ.
πλείονα γὰρ δοῦναι τοῦ Διὸς οὐ δύναμαι.

IOAN. SLEIDANVS.

Iuppiter ut Danaen, ſic te quoq; fallimus auro,
Nam Ioue non poſſum ſplendidiora dare.

Ἰουλιανοῦ ἀπὸ ὑπάρχων αἰγυπτίου.

Στέφος πλέκων ποθ', εὗρον
ἐν τοῖς ῥόδοις ἔρωτα.
καὶ τῶν πτερῶν κατασχὼν,
ἐβάπτισ' εἰς τὸν οἶνον.
λαβὼν δ' ἔπιθον αὐτόν.
καὶ νῦν ἔσω μελῶν μου,
πτεροῖσι γαργαλίζει.

PHILIPPVS MELAN.

Cum necterem corollam,
Inter roſas repertum
Cupidinem prehendi
Ala, meroq; mergens
Vnà imbibi procacem.
Nunc ille ſæuit imis
Puer mihi in medullis.

FINIS EORVM QVAE
EX SEPTIMO.

ERRATA.

Pagina 24. uerſu 29. lege ἱδρώς. 25. 23. τὸ μηδὲν γὰρ ἄγαν. 28. 3. βιωσόμενος. 5. δαπάνη. 29. 20. τὸν βίον. 30. 13. πρήξιες. 34. 17. θεραπαινίδι. 48. 24. ἀεὶ ζηοῖσι. 25. πρεσβύτατος. 49. 25. πολύμνηις.
20. λάφθεν, ὕπερθε. 66. 6. εἷς. 72. 5. αἰχμητὰν.
92. 10. κύων. 6. Spiritu eum rapuit.
93. 6. ἄκρου. 153. 7. ἡρακλείτου. 195. 9. ξύλινος. 203.
26. φλέξας. 176. 22. duxit. 223. 8. ἀπέσχετο. 226. 5.
πουλύν. 239. 10. ἦλθε γὰρ ὁ τλήμων. 247. 3. Γῆρας.
250. 26. ψυχρῶν. 280. 27 ὑποσπείρεις. ib. μειλιχίην
288. 2. Μύρων. 295. 4. IOAN. SLEIDANVS. 27. ex
uiua. 332. 18. λυσαμένη. 344. 11. νομίσα. 349. 12.
ὁ πᾶς.